

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 44.
Pagine 1751-1800.

Rubrica magna de dominicis.
Hystoria Regum.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXI.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through.pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published January, 2011.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2011.

[*Rubrica magna de dominicis.*]

¶ *Ab hac die usque ad adventum Domini tam in feriis quam festis iij. lectionum sine regimine chori et in octavis et infra quando chorus non regitur dicantur he sequens memorie scilicet de cruce, de sancta Maria, et de omnibus sanctis.*

Cum vero in festo trium lectionum aliquod festum sanctorum sine regimine chori contigerit in primis fiat memoria de sancto et postea memorie predictae.

¶ *Per octavas vero reliquiarum sive fiat de festis sive de feria, semper fiat in primis memoria de reliquiis ante memoriam de cruce.*

[¶ *Memoria de cruce. Ad matutinas.*]¹

Ad matutinas memoria de cruce cum hac antiphona Nos autem gloriári. &c. ut in Psalterio post laudes in ij. feria. [190].

²[AS:305; 1520:23r.

Ant.
VII.ii.



3953.

Os au-tem* glo-ri- á-ri opórtet in cru-ce Dómi-ni
nostri Je-su Chris-ti.

Oratio.

Deus qui sanctam crucem ascendísti et mundi ténebras illuminásti : tu corda et córpora

nostra illumináre dignáre Salvátor mundi. Qui cum Deo Patre.

vel Oratio.

Perpétua quésumus Dómine Deus nos pace custódi : quos per lignum sancte crucis redímere dig-

nátus es Salvátor mundi. Qui cum Deo Patre.

vel Oratio.

A Des nobis quésumus ³ Dómine Deus noster et quos sancte crucis letári facis honóre : ejus	quoque perpétuis defénde subsidiis. Per Christum.
--	--

¶ *Memoria de sancta Maria. Ad matutinas.*

AS:305; 1520:23r.

1570. Ant.
II.i.

EE-á-ta ma-ter * et innúpta virgo glo-ri-ó-sa
re-gí-na mundi intercéd-e pro no-bis ad Dómi-num.

℣. Post partum virgo invioláta permansísti. [188].

Oratio.

F Amulórum tuórum quésumus Dómine delíctis ignósce : ut qui tibi placére de áctibus nostris no	valémus genetrícis Fílii tui Dómine Dei nostri intercessióne salvémur. Qui tecum.
---	---

[*vel*] *Oratio.*


O mnípotens sempitérne Deus nos fámulos tuos dextera tue poténtie a cunctis prótege perículis : et gloriósa beáte Maríe semper	vírginis intercessióne fac nos presénti gaudére prosperitáte et futúra. Per Christum.
--	---

Non dicitur oratio Concéde quésumus miséricors Deus. ad memoriam de sancta Maria per totum annum sed ad processionem et ad completorium de ea tempore.


Memoria de omnibus sanctis ad matutinas.

AS:306; 1520:23v.

2182.



X-ultá-bunt * sancti in gló-ri- a : le-ta-búntur



in cu-bí-li-bus su- is.

Versiculi. Mirábilis Deus in sanctis suis.

R̄. Et gloriósus in majestáte sua.

Oratio.

Infirmítatem nostram quésumus
Dómine propícus respice : et
mala ómnia que juste merémur

ómnium sanctórum tuórum inter-
cessióne avérte. Per Dóminum
nostrum Jesum Christum.

vel Oratio.

Omnia sanctórum tuórum
quésumus Dómine interces-
sióne placátus et véniam nobis delic-

tórum tribue : et remédia sempitérna
concéde. Per Dóminum.

vel Oratio.

Vide Dómine infirmitates nostras
et intercedéntibus ómnibus

sanctis céleri nobis pietáte succúrre.
Per Dóminum.

vel Oratio.

Tribue quésumus Dómine om-
nes sanctos tuos júgiter oráre

pro nobis et eos semper cleméner
exaudíri dignéris. Per Dóminum.]

¶ *Ad j. et ad alias horas omnia fiant sicut in ij. feria post hystoriam Dómine ne in ira.
supradictum est. 678.*

¶ *Ad ij. vespas antiphone et psalmi feriales.*

Capitulum. Dóminus autem dírigat. [315].

Hymnus. Lucis Creátor óptime. [316].

Ÿ. Dirigátur Dómine ad te orátio mea. [317].

Super psalmum Magníficat. dicitur antiphona illius ferie ut supra post hystoriam
Dómine ne in ira.

Oratio dominicalis.

Hic ordo servetur in omnibus feriis usque ad adventum Domini quando de feria agitur.

*Memoria de cruce, de sancta Maria, et de omnibus sanctis ut supra.*⁴

[*Memoria de cruce ad vespas.*

AS:304, 532; 1520:23v; 1520-S:117r.

4686. Ant.
III.iv.



Alva nos * Christe Salvá-tor per virtú-tem sancte




cru-cis, qui salvásti Petrum in ma- ri mi-se-ré-re no-bis.


vel.

AS:304; 531: 1520:23v; 1520-S:116r.⁵

4264. Ant.
I.v.



Er signum * cru-cis de i-nimí-cis nostris lí-be-



ra nos De- us noster.

Rubrica magna de dominicis.

vel.

AS:304; 1520:23v.

1287.

Ant.
I.i.



- do-rá-mus * te Christe et be-ne-dí-cimus



ti- bi : qui- a per cru-cem tu- am re-demí-sti mundum.

Versiculi. Omnis terra adóret te. [190].

Oratio ut supra ad matutinas. 1751.

Memoria de sancta Maria ad vespas.

AS:493; 1520:24r; 1520-S:105r.

Ant.
VIII.i.



Ancta * Ma-rí- a virgo intercé-de pro to-to

4705.



mundo, qui- a ge-nu- ís-ti Re-gem or- bis.

*vel.*⁶

AS:304; 1520:24r.

Ant.
I.i.



Ancta De- i gé-ni-trix * virgo semper Ma-rí- a :

4699.

Rubrica magna de dominicis.





intercé-de pro no-bis ad Dómi-num De-um nostrum.

Versiculi. Post partum virgo invioláta permansísti. [188].


vel.

AS:305; 1519:122r; 1520:24r.⁷

3274. Ant.
IV.i.



N pro-le ma-ter : * in partu virgo : gaude et le-tá-re



pi- a ma-ter Dómi-ni.



Versiculi. Sancta Dei génitrix virgo. [194].

Oratio ut supra ad matutinas. 1752.


Memoria de omnibus sanctis. Ad vesp̄eras.

AS:305, 569; 1520:24r; 1520-S:147v.⁸

204438. Ant.
III.i.



Ancti De-i * omnes qui estis consór-tes su-per-



nó-rum cí-vi-um : inter-cé-di-te pro no-bis.

Rubrica magna de dominicis.

vel.


AS:570; 1520:24r; 1520-S:148r.⁹

sar0090.


Ant.
V.i.



mnes e-lécti De- i * nostri memo-rámi-ni ante



De-um : ut vestris pré-ci-bus adjú- ti me-re-ámur vo-bis



ad-júngi.

℟. Letámini. *vel* Exúltent. [195].


vel.

AS:305, 571; 1520:24r; 1520-S:149r.¹⁰

Ant.
VIII.i.



Anctó-rum * pré-ci-bus cunctó-rum redde sa-lú-tem



córpo-ris et á-nime Christe tu- is fámu-lis.

vel.

AS:305, 541, 570, 660; 1520:24v; 1520-S:38r.¹¹

Ant.
VI.



quam * glo-ri- ó-sum est regnum in quo cum



Rubrica magna de dominicis.

Chri-sto gaudent omnes sancti a-míc-ti sto-lis al-bis :

sequúntur Agnum quo-cúmque í- e-rit.

Versiculi. Letámini in Dómino. [195].

Isti duo versiculi ad memoriam de omnibus sanctis non variantur nisi cum versiculi Letámini in Dómino. ad j. vespas dicitur tunc ad memoriam de omnibus sancte dicitur versiculi Exúltent justí. Similiter ad matutinas quando versiculi Mirábilis Deus. dicatur in laudes tunc ad memoriam de omnibus sanctis dicitur versiculi Justórum ánime. quod per totum annum observetur nisi in adventum et in tempore pasche oratione ut supra ad matutinas.]

IN sabbato autem per totum hoc tempus plenum servitium [in conventu]¹² de sancta Maria solet fieri : nisi tale festum intercurrat unde novem lectiones debeant fieri : vel octave cum regimine chori vel festum [iij. lectiones]¹³ sine regimine chori unde propria responsoria vel proprie laudes habeantur : vel festum undecim milium virginum, vel jejunium iij. temporum, vel vigilie sanctorum impederint. Cum autem in ipso sabbato propter predicta impedimenta servitium de sancta Maria fieri non poterit : tunc in aliqua feria ipsius ebdomade fiet : ubi convenientius fieri poterit : ubi potest habere suas j. vespas si fieri poterit. Ita tamen quod quando fit plenum servitium de sancta Maria in die lune vel in crastino alicujus sancti ix. lectionum vel trium lectionum cum regimine chori, tunc erunt vespere de sancta Maria : et solennis memoria de festo vel de dominica : nisi forte ipsa dominica vel festum : suis primis vesperis caruerit : tunc fiant vespere de festo vel de dominica, et solennis memoria de sancta Maria cum hac antiphona, Sub tuam protectiónem. 126. Tamen in octavis epyphanie, ascensionis Domini, et in consimilibus : dicantur ij. vespere de octavis ut supra notatum est in octavis epyphanie post ij. vespas. Et cum fuerit festum alicujus sancti vel octave [iij. lectionum]¹⁴ sine regimine chori et plenum servitium de sancta Maria fuerit dicendum : tunc de festo¹⁵ vel de octavis sine regimine chori fiat tantum memoria.

¶ Quod si per totam estatem¹⁶ sive in sabbato sive aliqua feria totius¹⁷ ebdomade, ix. lectiones fiant nulla tunc [necque]¹⁸ ad vespervas nec[que]¹⁹ ad matutinas fiet memoria, nisi in ipso die aliquod festum sanctorum trium lectionum ibidem evenerit, ut in festo sancte Marie Magdalene fiat memoria de sancto Vvrandragesillo.²⁰ In festo sancti Jacobi fiat memoria de martyribus Christofo²¹ et Cucufato, et in consimilibus, et in festis ix. lectionum que contingunt infra octavas sanctorum : tunc enim fiet memoria de octavis, nisi in duplici festo : tunc enim nulla fiet memoria de octavis, nisi octave fiant cum [174v.] regimine chori : ut inferius subnotatum est. Sed post vespervas de die ad vespervas de sancta Maria : et post matutinas de die ad matutinas de sancta Maria : fiant memorie de Sancto Spiritu, de festo loci, de reliquiis, de omnibus sanctis, et de pace : ut supra dictum est in prima dominica adventus Domini.

¶ Quod si a festo Sancte Trinitatis usque ad adventum Domini aliquod duplex festum in dominica evenerit, totum servitium fiat de festo et nichil de dominica : nisi forte missa dominicalis in ipsa dominica vel in eadem ebdomada de necessitate²² cantanda fuerit : tunc enim ad utrasque vespervas et ad matutinas fiant memorie sub silentio²³ de dominica et de Sancta Trinitate : videlicet ad primas vespervas : et ad matutinas similiter privatim. Processio tamen [usque]²⁴ ad crucem sive fiant memorie supradicte sive non omnino differatur in festis duplicibus.²⁵

Tamen si festum exaltationis sancte crucis in dominica contigerit,²⁶ tunc ad primas vespervas dum dicitur primum Benedicamus. fiat memoria sub silentio de dominica et de Sancta Trinitate : et solennis memoria de martyribus : et postea fiat processio ante crucem ut [notatum est]²⁷ in festo exaltationis sancte crucis, cum missa dominicali in capitulo ad quam fiet memoria de Trinitate et de omnibus sanctis tantum. Ad secundas vespervas [de cruce]²⁸ fiat memoria sub silentio de dominica et de sancto Nichomede martyre, et solennis memoria de octavis. Si vero in ij. feria hoc festum exaltationis [sancte crucis]²⁹ contigerit fiat memoria de dominica sub silentio dum dicitur primum Benedicamus. et solennis memoria de martyribus : et postea fiat processio ante crucem [quacunque die contigerit].³⁰

[¶ Notandum est quod]³¹ In duplicibus autem festis sanctorum que habent memorias illis annexas sicut in festis sanctorum Jacobi [apostoli],³² Bartholomei [apostoli],³³ sancti Augustini doctoris, et sancti Mathei apostoli [et Luce evangeliste]³⁴ et consimilibus fiant ille memorie solenniter in audientia nec³⁵ omittantur secreta et postcommunio de sanctis que in missis intitulantur. Tamen quando hujusmodi duplicia festa in dominicis celebrantur, tunc memorie sanctorum adjuncte cum memoriis de dominica et de

Trinitate fiant sub silentio : et nulla fiet processio ante crucem : et si missa dominicalis dicitur in capitulo in illis festis duplicibus predictis : tunc non dicuntur memorie de sanctis ad missam in capitulo sed ad magnam missam dicuntur memorie de sanctis illis annexis. Et si missa dominicalis non dicitur in capitulo : tamen dicantur semper memorie de sanctis festis illis annexis ad missam de festo, sive dominica fuerit sive non.

¶ *In festo sancti Augustini doctoris fiat solennis memoria de sancto Johanne baptista, et de sancta Sabina, ad ij. vespas de sancto Augustino. Si vero sancti Augustini [doctoris]³⁶ festum in sabbato contigerit ad ij. vespas ejusdem privatim fiet memoria de dominica et de Trinitate : et solennis memoria de sancto Johanne baptista et de sancta Sabina. Eodem modo fiet scilicet tam de memoria dominicali : quam de sancto Johanne baptista et de sancta Sabina quando in dominica idem festum contigerit.³⁷*

Ad vespas in sabbatis quando fit memoria de Sancta Trinitate semper dicitur antiphona Spes nostra. 1600.

℣. Benedicamus Patrem et Filium. 1593.

Oratio. Omnipotens sempiterna Deus qui dedisti. 1593.

Et ad matutinas dicitur antiphona Libera nos. 1600.

℣. Sit nomen Domini benedictum. 1613.

Oratio ut supra.

Et quotienscunque in sabbato ad vespas vel in dominica ad matutinas per predictum tempus dicitur memoria de dominica : dicitur etiam memoria de Trinitate cum antiphonis, ℣. et oratione supradictis.

[¶ *Si festum duplex in sabbato contigerit fiat memoria de dominica et de Trinitate sub silentio et nulla processio ante crucem.*]³⁸

¶ *Ad ij. vespas festorum purificatione et nativitate beate Marie, et dominice in albis, et Sancte Trinitatis, et Corporis Christi, et dedicationis ecclesie : nulla omnino fiat memoria de festo [iij. lectiones]³⁹ sine regimine chori in crastino contingente nisi festum ix. lectionum conjunctum fuerit, tunc de utrisque sub silentio⁴⁰ fiet memoria sicut in festo apostolorum Petri et Pauli nulla fiet memoria de octavis sancti Johannis baptista, nisi fiant octave cum regimine chori, neque solet de Sancta Trinitate fieri memoria in festo Corporis Christi, nisi ubi fiant octave cum regimine chori de Sancta Trinitate, tunc enim fiat solennis memoria de octavis licet festum loci fuerit ipso die : nec in nativitate sancti Johannis baptiste fiet memoria de octavis Corporis Christi, nisi octave fiant cum*

regimine chori.

Memoria de duplicibus festis [et de aliis festis]⁴¹ et de octavis cum regimine chori et de commemoratione beate Marie et de festo loci, etiam in festis duplicibus erunt [memorie]⁴² solennes.

[175r.] **¶** *Si vero festum simplex ix. lectionum alicujus sancti et minime duplex in dominica infra predictum tempus evenerit et hystoria inchoanda fuerit in ipsa dominica, festum differatur [usque]⁴³ in crastinum nisi sit festum sancti Petri ad vincula, aut decollatione sancti Johannis baptiste : pro quibus solet in choro Sarisburiensi differri hystoria inchoanda si contigerit, et nisi sit tale festum ix. lectionum quod in crastino sequatur aliud festum ix. lectionum et nisi sint octave cum regimine chori que solent in dominica infra octavas plenarie suum servitium habere.⁴⁴*

¶ *Si vero festum ix. lectionum et inchoatio hystorie in aliqua dominica infra octavas cum regimine chori [simul]⁴⁵ concurrant,⁴⁶ fiat servitium de festo, et memoria de octavis et hystoria, et de ceteris que pertinent.*

¶ *Cum itaque ob aliquam causarum predictarum aliqua hystoria⁴⁷ in sua dominica cum suis responsoriis inchoari non poterit, tunc per ebdomadam si ferie vacaverint incipiatur. Si vero nulla feria vacaverit et hystoria duratura fuerit plusquam per septimanam : tunc differatur usque ad proximam dominicam vel ebdomadam sequentem : veruntamen si hystoria duratura non fuerit nisi per unam ebdomadam tantum : tunc est necesse in tribus mediis feriis per ebdomadam ut tota cantetur hystoria et expositio evangelii et responsoria ferialia eo anno non dicantur preter unum responsorium feriale quod dicetur in ultima feria loco ix. R̄. Ita tamen quod si aliquod festum trium lectionum ibidem contigerit : in illo anno omnino pretermittatur.*

¶ *Quando autem simplex festum ix. lectionum alicujus sancti [ix. lectionum]⁴⁸ in dominica celebratur : et si eodem die aliquod festum trium lectionum vel octave sine regimine chori evenerit, tunc in primis fiet memoria de festo sive de octavis ad primas vespervas et ad matutinas, deinde de dominica et de Sancta Trinitate, et processio fiat semper ante crucem nisi missa dominicalis in ipsa ebdomada omnino debeat differi : et nisi in duplicibus festis tunc enim nulla fiat processio in sabbato nisi in festo exaltationis sancte crucis. Si aliquod festum duplex per ibidem⁴⁹ tempus in sabbato contigerit fiet memoria de dominica et de Sancta Trinitate sub silentio : sive nova hystoria inchoanda fuerit sive non, sed nulla fiat processio ante crucem. Si vero festum sancti Jacobi aut festum sancti Bartholomei apostoli et similia in ij. feria contigerint fiant ille memorie illis festis annexe solenniter ut predictum est : et memoria de dominica sub silentio.*

Quod si festum simplex ix. lectionum in sabbato celebretur tunc ad primas vespervas de dominica in [ipso]⁵⁰ sabbato fiet in primis memoria de festo ix. lectionum et postea de festo alicujus sancti trium lectionum si habeatur in crastino deinde de octava sine regimine chori : si habeatur : deinde de Sancta Trinitate.

Si vero [tale]⁵¹ festum simplex ix. lectionum in die lune⁵² celebretur : et in eodem die aliud festum iij. lectionum vel octava ut prediximus evenerit : tunc ad vespervas in dominica in primis fiet memoria de festo trium lectionum, deinde de octava sine regimine chori si habeatur : et postea de dominica tantum. Hoc enim in omnibus dominicis hujus temporis observetur : nisi in festis duplicibus sese invicem concomitantibus : scilicet quod quando memoria de dominica ad utrasque vespervas et ad matutinas fit tunc dicitur memoria de Sancta Trinitate ad primas vespervas et ad matutinas, et processio fiat ad primas vespervas ante crucem : nisi in festis duplicibus in sabbatis vel in dominicis contingentibus : tunc nulla fiat processio ante crucem et missa dominicalis in ipsa dominica⁵³ cantanda dicitur in aliqua feria per ebdomadam si vacaverit, vel in dominica missa dicitur in capitulo : si nulla feria vacaverit. Quod si contingat nullam per ebdomadam [totam]⁵⁴ de missa dominicali mentionem fieri et tempus prolixum fuerit, videlicet die dominica non in capitulo propter duplicia festa nec in feriis [per ebdomadam]⁵⁵ propter festum⁵⁶ ix. lectionum, vel iij. lectionum, vel octavas sanctorum cum regimine chori : et tempus prolixum fuerit, tunc in dominica precedente predictae memorie, scilicet de dominica et de Trinitate, et processio ante crucem ad primas vespervas differantur.⁵⁷ Tamen si tempus breve fuerit tunc in dominica dicitur missa dominicalis in capitulo : vel per ebdomadam in aliqua feria cum fuerint octave cum⁵⁸ regimine chori, et fiat memoria ad vespervas et ad matutinas de ipsa dominica et de Sancta Trinitate, et processio ante crucem. Tamen si aliquod festum simplex ix. lectionum vel octave cum regimine chori in dominica contigerint et per ebdomadam sequentem nulla feria ad hoc vacaverit : et tempus breve fuerit, tunc in dominica dicitur missa dominicalis in capitulo et fiat memoria ad vespervas et ad matutinas de ipsa dominica et de Sancta Trinitate, et processio ante crucem. Similiter fiat in exaltatione sancte crucis quandocunque in dominica contigerit licet duplex festum fuerit. Si aliquod festum duplex per hoc idem tempus in sabbato contigerit : nulla fiet tunc processio ad secundas vespervas ante crucem [175v.] que erunt de festo, neque memoria in audientia de dominica nec de Trinitate sed sub silentio sive nova hystoria inchoanda fuerit sive non : nisi in exaltatione sancte crucis, tunc enim fiet sollemnis memoria de octavis nativitatis beate Marie : et dicuntur memorie sub silentio : scilicet de sancto Nichomede martyre et de dominica, et de Trinitate : sed nulla

processio ante crucem fiat. Et quotienscunque ad vespervas in sabbato vel in dominica ad matutinas per predictum tempus dicitur memoria de dominica : dicitur etiam memoria de Trinitate.

¶ *Et notandum est quod quando festum simplex ix. lectionum propter inchoationem hystorie a dominica differtur in secundam feriam⁵⁹ : et eidem festo aliquod festum iij. lectionum conjunctum fuerit : festum iij. lectionum non debet differri, sed in ipsa dominica fiat solennis memoria de eo ad vespervas et ad matutinas ut supra diximus et medie lectiones si proprie habeantur : sin autem tantum memoria, tamen si illa hystoria duratura non fuerit ita quod responsoria de ij. nocturno non possunt cantari in dominicis nec in feriis : tunc non fient medie lectiones de sancto in prima dominica in qua inchoatur hystoria sed in dominica tota cantetur hystoria dominicalis : et tantum memoria ad primas vespervas et ad matutinas et ad missam in dominica de festo iij. lectionum. Quod in omnibus dominicis hujus temporis in quibus incipiende sunt hystorie observetur. Tamen si per totum tempus quo hystoria durat, locus non vacet responsoriis de ij. nocturno dominicalis hystorie⁶⁰ ita quod non possunt in dominicis vel in feriis cantari : tunc in dominica in qua inchoetur hystoria nulle fiant medie lectiones de hujusmodi festis : sive proprie lectiones habeantur sive non sed tantum memoria de festo iij. lectionum ad primas vespervas et ad matutinas et ad missam de dominica : que precedet memoriam de Sancta Trinitate : quod etiam observetur in omnibus dominicis hujus temporis in quibus incipiende sunt hystorie.*

¶ *Preterea considerandum est quod responsoria de secundo nocturno nullo modo cantentur per ebdomadam nisi quando due ferie ad minus vacaverint : nam semper per unamquamque ebdomadam in primis dicantur responsoria de j. nocturno, deinde de secundo : et postea de tertio nocturno, quod per totum annum observetur : scilicet quando omnia responsoria de hystoria dominicali per ebdomadam cantantur.*

¶ *In mediis vero dominicis quando de dominica agitur : quodcunque festum iij. lectionum vel octave sine regimine chori contigerint, semper memoria et medie lectiones de eo fiant sive proprie lectiones habeantur sive non : nisi responsoria de ij. nocturno cantanda fuerint ut supra diximus. Tamen si illa hystoria duratura fuerit per octo dominicas vel per quatuor dominicas : et si aliqua dominica vacaverit tunc fiant memoria et medie lectiones quodcunque festum iij. lectionum ibidem contigerit, tamen in prima dominica in qua inchoetur hystoria nova fiat tantum memoria de festo iij. lectionum nisi proprie lectiones habeantur.*

¶ Quando vero simplex festum ix. lectionum propter inchoationem hystorie a dominica differtur in secundam feriam : et in eadem secunda feria festum iij. lectionum evenerit : fiant inde memoria et medie lectiones si proprie habeantur : sin autem tantum memoria.

¶ Cum autem festum simplex ix. lectionum infra hoc predictum tempus in sabbato celebretur : et in vj. feria proxima precedente vespere de illo propter aliquod festum ix. lectionum fieri non poterint : tunc in sabbato vespere de eo fiant sive nova hystoria inchoanda fuerit sive non et memoria de dominica et de Sancta Trinitate : et processio ut predictum est. Alie tamen vespere erunt de dominica : et memoria de festo.

¶ Hoc enim generaliter observetur per totum annum : ut quodlibet festum ix. lectionum vel trium lectionum cum regimine chori : et omnis dies dominica unas ad minus habeat vespere : nisi aliquod duplex festum impedierit : ut in vj. die a nativitate Domini vel si dies dominicus in vigilia epyphanie evenerit vel si festum apostolorum Philippi et Jacobi in sabbato contigerit : tunc in ipso sabbato erunt vespere de apostolis : et in dominica sequente erunt vespere de inventione sancte crucis : et tunc dies dominica nullas habeat vespere. Similiter fiat quando octave assumptionis beate Marie in sabbato contigerint, tunc in ipso sabbato erunt vespere de octavis et in dominica erunt vespere de sancto Bartholomeo : et sic fiat in consimilibus.

[176r.] ¶ Quando vero duplex festum in sabbato evenerit et festum simplex ix. lectionum in ij. feria sequenti, et aliud festum duplex in tertia proxima sequenti tunc in dominica erunt vespere de festo novem lectionum et sic dominica carebit utrisque vespere. [Similiter est de festo sancti Gregorii in octavis pasche.]⁶¹ Et etiam quando festum sancti Aldelmi episcopi in crastino [ascensionis Domini vel]⁶² Sancte Trinitatis vel Corporis Christi forte contigerit, tunc festum utrisque carebit vespere : et sic fiat de ceteris festis simplicibus novem lectionum que inter duo festa duplicia contingunt : que omnino careant suis utrisque vespere. Et sic nota quod omnes dominice et non alia festa omnino careant utrisque vespere : nisi quando festum simplex novem lectionum vel iij. lectionum cum regimine chori inter duo festa duplicia evenerit, ut prediximus. Nam in omnibus festis duplicibus per totum annum, erunt prime vespere et secunde de ipso festo nisi aliud festum duplex impediatur, ut in ebdomada nativitatis Domini et in consimilibus : et nisi in festo sancti Andree apostoli quando in sabbato [ante primam dominicam adventus Domini]⁶³ contigerit : et nisi in festis duplicibus contingentibus in sabbatis passionis et ramispalmarum, et quarta feria proxima ante pascha : que tantum habebunt primas vespere ut ibidem supra notatum est : licet festum loci vel dedicationis ecclesie fuerit. Si vero festum loci in festo Sancte Trinitatis forte contigerit : festum loci differatur in

crastinum si vacaverit a festo ix. lectionum et erunt vespere de festo loci : et solennis memoria de Sancta Trinitate : similiter fiat de consimilibus : ut subnotatum est in dedicatione ecclesie.

¶ *Et notandum est quod in octavis cum regimine chori videlicet epyphanie, ascensionis Domini, et Corporis Christi ubi fuerint octave cum regimine chori, visitatione, assumptionis, et nativitatis beate Marie [et dedicationis ecclesie]⁶⁴ : semper erunt secunde vespere de octavis et tantum memoria de festo vel de dominica in crastino sequente : nisi quando duplex festum in crastino vel in octavis contigerit : vel tale festum ix. lectionum fuerit : quod secundas vespere habere non potent. Eodem modo fiat de octavis dedicationis ecclesie : scilicet quando octave fuerint cum regimine chori ut subnotatum est ibidem. Et quando fit commemoratio beate Marie vel de festo loci in crastino alicujus sancti ix. lectionum vel trium lectionum cum regimine chori : de quo prime vespere non dicebantur⁶⁵ : tunc fiat solennis memoria tantum de hujusmodi commemoratione. Sed quando commemoratio beate Marie vel de festo loci fit in secunda feria : tunc enim dicantur vespere de hujusmodi commemoratione et memoria de dominica : nisi quando prime vespere non dicebantur de dominica : tunc enim fiat memoria de hujusmodi commemoratione. Si vero festum sancte Marie Magdalene : vel sancte Margarete, vel sancti Laurentii, vel sancti Martini episcopi, vel sancte Katherine⁶⁶ evenerit in dominica : dictis consuetis memoriis, primo, processio fiat ad altare eorundem : deinde ad crucem.*

¶ *Sciendum est quod due sunt cause que cogunt missam dominicalem : ab una dominica ad aliam dominicam omnino differri : scilicet prolixitas temporis et eventus assumptionis, et nativitatis beate Marie vel dedicationis ecclesie in dominica.*

Quotiescunque assumptio vel nativitas beate Marie : vel dedicatio ecclesie in dominica contigerit, de necessitate oportet ut eo anno propter octavas que sunt cum regimine chori : ut una missa dominicalis vel due differantur ab una dominica ad aliam sive breve fuerit tempus sive prolixum : scilicet continens dominicas xxiiij. vel xxv. vel plures. Item quotiescunque ab inceptioe hystorie Deus ómniū. usque ad adventum Domini continentur dominice xxvj. vel xxvij. tunc [enim de nativitas]⁶⁷ oportet ex necessitate ut una vel due misse dominicales ubicunque convenientius differri potuerint differantur : ut patet inferius. Si fuerint dominice xxvj. tunc infra octavas predictarum festivitatum beate Marie vel dedicationis ecclesie una differatur. Si vero fuerint dominice xxvij. tunc due differantur : utraque si fieri potest infra predictas octavas. Et si ibidem non possit nisi una missa differri : [tantum]⁶⁸ tunc ubicunque alibi⁶⁹ poterit convenientius differri,

differatur sive per octavas sancti Johannis baptiste : vel apostolorum Petri et Pauli, vel sancti Laurentii, vel sancti Martini quod utique fieri non potest : nisi quando festa [176v.] illorum in dominica contingunt. Tamen quando nativitas sancti Johannis baptiste in vj. feria contigerit, et festum sanctorum Johannis et Pauli in dominica evenerit : tunc poterit ibi una missa dominicalis differri : quoniam tota sequens ebdomada in octavis vel in festis sanctorum que ibidem contingunt poterit expendi vel si octave sancti Laurentii in dominica contigerint tunc ibidem una missa dominicalis differatur : et missa de octavis sancti Laurentii in capitulo dicitur : sicut ibidem subnotatum est.

¶ *Similiter extra chorum Sarum ubi dicitur servitium in ebdomada de festo loci : potest alia missa dominicalis differri infra octavas Corporis Christi dicendo⁷⁰ in crastino octavarum de festo loci vel ultima ebdomada dicendo de feriali servitio in sexta feria cum oratione precedentis dominice : et missa de cruce. Cum autem xxvij. dominice fuerint et littera dominicalis **D**. tunc una missa dominicalis infra octavas assumptionis et altera infra octavas dedicationis ecclesie Sarum differatur ut videlicet si festum sancti Hieronymi sit in crastino octavarum dedicationis translatum quod fuit anno Domini millesimo ccc. lxxxij.*

¶ *Quod si fuerint xxv. dominice vel infra tunc missa dominicalis in capitulo dicitur : et missa de octavis sancti Laurentii si dominica fuerit in illo anno omnino pretermittatur vel dicatur in capitulo ipse die, et missa dominicalis in vigilia sancti Bartholomei dicatur.*

Si fuerint dominice xxv. vel infra : tunc nulla omnino differatur missa dominicalis : nisi forte alterutra festivitas : scilicet assumptionis vel nativitatis beate Marie vel dedicationis ecclesie ut prediximus in dominica evenerit.

¶ *Cum autem xxv. dominice fuerint vel infra : et festa sancti Johannis baptiste [vel]⁷¹ apostolorum Petri et Pauli in dominica contigerint, totum fiat servitium de festo : et missa dominicalis in aliqua feria infra octavas que a festo vacaverit cantetur pro magna missa illius diei.*

Si vero commemoratio sancti Pauli vel festum sancti Laurentii, vel festum sancti Martini in dominica evenerit totum fiat servitium de festo cum missa dominicali in capitulo.

¶ *Cum vero fuerint xxij. dominice et littera dominicalis **C**. tunc oportet unam missam dominicalem differri propter festum assumptionis beate Marie et duas missas que propria habent officia, ultima ebdomada in quarta vel in sexta feria cantari oportet⁷² et matutine de festo iij. lectionum et misse de dominicis⁷³ que restant cantande : fiant sicut fit inter*

octavas epyphanie et lxx. quando una tantum dominica ibidem evenerit.

¶ *Cum autem fuerint xxiiij. dominice vel infra : tunc dicitur oratio Excita quésumus Dómine. 16. ad vespervas et ad matutinas et ad omnes alias horas illius ultime dominice et expositio Evangelii⁷⁴ ad matutinas ultime dominice et antiphone super psalmum Benedictus. ad matutinas super psalmum Magnificat. [scilicet]⁷⁵ ad ij. vespervas dicuntur.*

¶ *Si vero tempus ita prolixum fuerit quod singulis diebus sufficiunt orationes dominicales : si dominica proximo ante adventum Domini vel altera dominica precedens non vacaverit a festo ix. lectionum, non dicitur in tertia dominica precedente ante adventum Domini oratio Excita quésumus Dómine. nec ad missam epistola Ecce dies véniunt. nec evangelium Cum sublevásset. quamvis [et quando]⁷⁶ ultima die dominica fit servitium. Omnes tamen antiphone super laudes tunc dici debent et ultimum R̄. Summe Trinitáti. 1596. cum oratione dominicali suo ordine.*

¶ *Hoc itaque bene servetur quod quotienscunque una vel plures misse dominicales differatur : nichilominus cetera misse que restant cantande suo ordine dicantur : ita tamen quod officium Dicit Dóminus. cum sua oratione Excita quésumus Dómine. et epistola Ecce dies véniunt. et evangelium Cum sublevásset. cum ceteris ut predictum est ultima dominica ante adventum Domini cantetur si vacaverit.*

¶ *Si autem dominica ante adventum Domini non vacaverit a festo ix. lectionum, tunc in feriis primo loco cantetur : deinde relique misse que restant cantande suo ordine dicantur. Si autem acciderit quod due misse dominicales que officiis carent pro brevitate temporis nequeant cantari non est inconveniens si omnino pretermittantur.*

¶ *Cum vero pro temporis prolixitate cantari possunt, tunc officium Dicit Dóminus. in tribus missis dominicalibus cantabitur proxima tamen dominica ante adventum Domini dicatur antiphona Cum sublevásset. 2018. et antiphona Illi hómines. 2019. super psalmum Benedictus. et Magnificat. vel ad memoriam de dominica cum de aliquo festo [177r.] ix. lectionum fit servitium cum oratione Excita quésumus Dómine. 16. Et tunc hec oratio dicitur quotidie per ebdomadam in feriis ad vespervas et ad matutinas et ad omnes alias horas, licet per ipsam ebdomadam due vel tres misse dominicales cantentur.*

¶ *Sciendum est autem quod hec predicta hystoria Deus ómnium. quandocunque incipiatur semper dicitur usque ad j. dominicam post quinto kalendas Augusti, prima autem dominica que dicitur Augusti non semper infra Augustum incipit. Nam est aliquando⁷⁷ quod dominica in Julio incipit : et facit in Julio ij. vel iij. feriam et tamen*

dicitur tota ebdomada Augusti : non Julii, quod si mensis Augustus in v. vel sexta feria incipit, ipsa tunc dominica non Augusti sed Julii est. Unde in prima dominica post quinto kalendas Augusti : semper inchoetur hystoria In principio. Nullus enim mensis habet plenum [et perfectam]⁷⁸ ebdomadam in initio sui sive⁷⁹ quarta feria. Et proxima dominica post quinto kalendas Septembris incipienda est hystoria Si bona. Et proxima dominica post iij. idus Septembris incipienda est hystoria Peto Dómine. Et proxima⁸⁰ dominica post xj.⁸¹ kalendas Octobris inchoetur hystoria Adonáy. Et proxima⁸² dominica post quinto kalendas Octobris inchoetur hystoria Adapériat. Et proxima dominica post quinto kalendas Novembris inchoetur hystoria Vidi Dóminum. Et proxima dominica post v.⁸³ kalendas Decembris inchoetur hystoria Aspíciens.

¶ *Sciendum est autem quod in initio uniuscujusque hystorie hujus temporis sequentis semper unum R̄. de hystoria que incipienda est cantetur ad primas vespervas ut in hystoria subnotatum est : nisi quando hystoria in mediis feriis ebdomade incipitur vel differtur in aliam ebdomadam ut in fine magne rubrice ante hystoriam Dómine ne in ira. plenius notatur.*

[*Hystoria Regum.*]

[*Feria.*]

*Lectio j. Legenda 5. 1. Regum ij. (26.)*⁸⁴

DUer autem Sámuel proficiébat atque crescébat : et placébat tam Deo quam homínibus. Venit autem vir Dei ad Hely : et ait ad eum, Hec dicit Dóminus. Nunquid non apérte revelátus sum dómui patris tui : cum esset in Egýpto, in domo Pharaónis : et elégi eum ex ómnibus tríbutus Israel michi in sacerdotem ut ascénderet ad altáre meum, et adóleret michi incénsus, et portáret ephod coram

me : et dedi dómui patris tui ómnia de sacrificiis filiórums Israel ? Quare calce abjecísti víctimam meam, et múnera mea que precépi ut offerréntur in templo : et magis honorásti filios tuos quam me, ut comederétis primítias omnis sacrificii Israel pópuli mei ? Proptérea ait Dóminus Deus Israel,⁸⁵ Loquens locútus sum, ut domus tua, et domus patris tui, minístret in conspéctu meo : usque in sempitérnum.

Lectio secunda. (1. Regum ij. 30.)

Absit autem dicit Dóminus, Absit hoc a me. Sed quicúnque glorificáverit me : glorificábo eum. Qui autem contémnuunt me : erunt ignóbiles. Ecce dies véniunt, et précidam bráchium tuum et bráchium domus patris tui : ut non sit senex in domo tua. Et vidébis émulum tuum

in templo in univérsis próspéris Israel : et non erit senex in domo tua ómnibus diébus. Verúntamen non áuferam virum pénitus ex te ab altári meo : sed ut deficiant óculi tui : et tabéscat ánima tua, et pars magna domus tue moriétur, cum ad virílem etátem vénerit.

Lectio ii (1. Regum ij. 34.)

Hoc autem erit tibi signum : quod ventúrum est duóbús filiis tuis Ophni et Phínees. In die uno moriéntur ambo. Et suscitábo michi sacerdotem fidélem : qui juxta cor meum et ániam meam fáciat. Et edificábo ei domum fidélem : et

ambulábit coram christo meo cunctis diébus. Futúrum est enim ut quicúnque remánserit in domo tua, véniat ut orétur pro eo, et ófferat nummum argénteum et tortam panis : dicátque, Dimítte me obsécro, ad unam partem sacerdotálem ut có-

medam bucéllam panis. Tu.

[Dominica ij.
post
Trinitatem.]

*Lectio j.*⁸⁶ *Legenda 6. sed legatur per ordinem. 1. Reg. ij.*

Uer autem Sámuel ministrábat Dómino coram Hely et sermo Dómini erat precíus. In diébus illis : non erat visio manífesta. Factum est ergo in die quadam, Hely jacébat in léctulo suo et óculi ejus caligáverant : nec póterat vidére lucérnam Dei ántequam extinguerétur. Sámuel

autem dormiébat in templo Dómini : ubi erat archa Dei. Et vocávit Dóminus Samuélem. Qui respóndens ait, Ecce ego. Et cucúrrit ad Hely et dixit, Ecce ego. Vocásti enim me. [177v.] Qui dixit, Non vocávi te. Revértere et dormi. Et ábiit et dormívit. Tu autem Dómine [miserére nostri].

Lectio secunda. (1. Regum ij. 6.)

ET adjécit Dóminus rursum vocáre Samuélem. Consurgénsque Sámuel ábiit ad Hely : et ait, Ecce ego quia vocásti me. Qui respóndit, Non vocávi te fili mi : revértere et dormi. Porro Sámuel necdum sciébat Dóminum : neque revelátus fúerat ei sermo Dómini. Et adjécit Dóminus :

et vocávit adhuc Samuélem tértio. Qui consúrgens ábiit ad Hely : et ait, Ecce ego : quia vocásti me. Intelléxit ígitur Hely : quia Dóminus vocáret púerum : et ait ad Samuélem, Vade et dormi. Et si deinceps vocáverit te : dices, Lóquere Dómine : quia audit servus tuus. Tu.

Lectio ij. (1. Regum ij. 9.)

Abiit ígitur Sámuel : et dormívit in loco suo. Venítque Dóminus et stetit : et vocávit sicut vocáverat primo et secúndo, Sámuel Sámuel. Et ait Sámuel, Lóquere Dómine : quia audit servus tuus. Et dixit Dóminus ad Samuélem, Ecce ego fáciam verbum in Israel : quod quicúnque audierit tinnient ambe aures ejus. In die illo suscitábo advérsus Hely : ómnia quia locútus

sum super domum ejus. Incípíam et complébo. Predíxi enim ei quod judicatúrus essem domum ejus in etérnum propter iniquitátem, eo quod nóverat indígne ágere filios suos : et non corrípuit eos. Idcírco jurávi dómui Hely, quod non expiétur iníquitas domus ejus víctimis et munéríbus : usque in etérnum. Dormívit autem Sámuel usque mane : aperuítque óstia domus Dómini. Et

Sámuel timébat indicáre visiónem

Hely.

[*Lectio iiij.*]

Lectio j. (Legenda 7. i. Regum iij. 16.)



Ocávit ergo Hely Samuélem :
et dixit, Sámuel fili mi. Qui
respóndens ait, Presto sum.
Et interrogávit eum, Quis est sermo
quem locútus est Dóminus ad te ?
Oro te ne celáveris me. Hec fáciat
tibi Deus et hec addat : si abscónderis
a me sermónem, ex ómnibus verbis
que dicta sunt tibi. Indicávit itaque ei

Sámuel univérsos sermónes : et non
abscóndit ab eo. Et ille respóndit,
Dóminus est : quod bonum est in
óculis suis fáciat. Crevit autem
Sámuel et Dóminus erat cum eo : et
non cécidit ex ómnibus verbis ejus in
terram. Et cognóvit univérsus Israel a
Dan usque Bersabée : quod fidélis
Sámuel prophéta esset Dómini.

[*Lectio v.*]

Lectio secunda. (i. Regum iij. 21.)

ET áddidit Dóminus ut appáreret
in Sylo : quóniam revelátus
fúerat Dóminus Samuéli in Sylo juxta
verbum Dómini. Et venit sermo
Samuélis univérso Israéli.

i. Reg. iv.

Et factum est in diébus illis :
convenérunt Philístiim in pugnam.
Egréssus est namque Israel óbviám
Philístiim in prélium et castrametátus
est juxta lápidem adjutórii. Porro
Philístiim venérunt in Aphéc : et
instruxérunt áciem contra Israel.

Inito autem certámine, terga vertit
Israel Philísteis : et cesa sunt in illo
certámine passim per agros quasi
quátuor mília virórum. Et revérsus
est pópulus ad castra. Dixerúntque
majóres natu de Israel, Quare
percússit nos hódie Dóminus coram
Phillístiim ? Afferámus ad nos de
Sylo archam féderis Dómini : et
véniat in médium nostri, ut salvet nos
de manu inimicórum nostrórum.

[*Lectio vj.*]

Lectio iij. (i. Regum iv. 4.)

Misit ergo pópulus in Sylo : et
tulérunt inde archam féderis
Dómini exercítuum sedéntis super
chérubin. Erántque duo filii Hely
cum aréna féderis Dómini Ophni et
Phínees. Cumque venisset archa
féderis Dómini in castra : vociferátus

est omnis Israel clamóre grandi, et
persónuit terra. Et audiérunt Philís-
tiim vocem clamóris. Dixerúntque,
Quenam est vox clamóris magni, in
castris Hebreórum ? Et cognóverunt
quod archa Dómini venisset in castra :
timuerúntque Philístiim dicétes,

Venit Deus in castra. Et ingemuérunt dicétes, Ve nobis. Non enim fuit tanta exultátio heri et nudiustértius. Ve nobis. Quis nos salvábit de manu Deórum sublímiū istórum ? Hi

sunt Dii qui percussérunt Egýptum omni plaga in desérto. Confortámini et estóte viri Philístiim : ne serviátis Hébreis sicut illi serviérunt nobis. Confortámini et belláte.

[Feria.]

Lectio j. Legenda 8. Sed legatur per ordinem. 1. Reg. iv. (10.)



Ugnavérunt ergo Philístiim et cesus est Israel : et fugit unusquisque in tabernáculum suum : et facta est plaga magna nimis. Et cecidérunt de Israel trigínta mília péditum : et archa Dei capta est.

[178r.] Duo quoque filii Hely mórtui sunt : Ophni et Phínees. Currens autem vir

de Bénjamin ex ácie, venit in Sylo in die illo scissa veste et conspérus púlvere caput. Cumque ille venisset Hely sedébat super sellam contra viam spectans. Erat enim cor ejus pavens : pro archa Dómini. Vir autem ille postquam ingrèssus est nunciávit urbi : et ululávit omnis cívitas.

Lectio secunda. (1. Regum iv. 14.)

ET audívit Hely sónitum clamóris : dixítque, Quis est hic sónitus tumúltus hujus ? At ille festinávit et venit et nunciávit Hely. Hely autem erat nonagínta et octo annórum, et óculi ejus caligáverant : et vidére non póterat. Et dixit ad Hely, Ego sum qui veni de prélio : et ego qui de ácie

fugi hódie. Cui ille ait, Quid actum est fili mi ? Respóndens autem ille qui nunciábat, Fugit (inquit) Israel coram Philístiim : et ruína magna facta est in pópulo. Insuper et duo filii tui mórtui sunt Ophni et Phínees : et archa Dei capta est. Tu autem.

Lectio tertia. (1. Regum iv. 18.)

Cumque ille nominásset archam Dei cécidit de sella retrórsus juxta óstium : et fractis cervícibus mórtuus est. Senex enim erat vir et grandévus : et ipse judicávit Israel quadragínta annis. Nurus autem ejus uxor Phínees pregnans erat : vicináque pártui. Et audíto nuncio

quod capta esset archa Dei et mórtuus esset socer suus et vir suus : incurvávit se et péperit. Irrúerant enim in eam dolóres súbiti. In ipso autem mométo mortis ejus : dixerunt ei qui stabant circa eam, Ne tíneas, quóniam filium peperísti. Que non respóndit eis : neque animadvértit.

Et vocávit púerum Icaboth : dicens, Transláta est glória Dómini de Israel : quia capta est archa Dei. Et pro

sócero suo et pro viro suo ait, Transláta est glória ab Israel : eo quod capta est archa Dei.

[Feria.]

Lectio j. Legenda 9. 1. Regum v.

DHilístiim autem tulérunt archam Dei : et asportavérunt eam a lápide adjutórii in Azotum. Tulerúntque Philístiim archam Dei, et intulérunt eam in templo Dagon : et statuérunt eam juxta Dagon. Cumque surrexissent Azoti dilúculo áltera die, ecce Dagon

jacébat pronus in terra ante archam Dómini. Et tulérunt Dagon : et restituérunt eum in loco suo. Rursúmque mane die áltera consurgéntes : invenérunt Dagon jacéntem super fáciem suam in terra coram archa Dómini.

Lectio secunda. (1. Regum v. 4.)

CAput autem Dagon et due palme mánuum ejus abscisse erant super limen. Porro Dagon truncus solus remánserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdótes Dagon, et omnes qui ingrediúntur templum ejus super limen Dagon in Azoto : usque in hodiérnum diem. Aggraváta est autem manus Dómini super Azotos : et demólitus est eos :

et percússit in secretióri parte nátium Azotum et fines ejus. Et ebulliérunt⁸⁷ ville et agri in médio regiónis illius : et nati sunt mures et facta est confúsió mortis magna in civitáte. Vidéntes autem viri Azoti hujuscémodi plagam dixerunt, Non máneat archa Dei Israel apud nos : quóniam dura est manus ejus super nos, et super Dagon deum nostrum.

Lectio tertia. (1. Regum v. 8.)

ET mitténtes congregavérunt omnes sátrapas Philistinórum ad se et dixerunt, Quid faciémus de archa Dei Israel ? Responderúntque Géthei, Circunducátur archa Dei Israel. Et circunduxérunt archam Dei Israel. Illis autem circunducéntibus eam : fiébat manus Dómini super síngulas

civitátes interfectiónis magne nimis, et percutiébat viros uniuscujúsque urbis a parvo usque ad majórem, et computrescébant prominéntes extáles eórum. Inierúntque Géthei consílium : et fecérunt sibi sedes pelliceas. Miserúntque archam Dei in Accharon. Cumque venisset archa Dei in

Accharon : exclamavérunt Accharónite dicétes, Adduxérunt ad nos archam Dei Israel : ut interficiat nos

et pópulum nostrum. Tu autem Dómine miserére [nostri].

[Feria.]

Lectio prima. Legenda 10. 1. Regum capit. v. (11.)



Isérunt itaque et congregavérunt omnes sátrapas Philistinórum. Qui dixerunt, dimíttite archam Dei Israel, et revertátur in locum suum : et non interficiat nos cum pópulo nostro. Fiébat enim pavor mortis in singulis úrbibus : et gravíssima valde manus Dei. Viri quoque qui mórtui non fúerant percutiebántur in secretióri

parte nátium : et ascendébat ululátus uniuscujúsque civitátis in celum.

Fuit ergo archa Dómini in regione Philistinórum : septem ménsibus. Et post hec vocavérunt Philístiim sacerdótes et divínos : dicétes, Quid faciémus de archa Dei ? Indicáte nobis, quómo modo remittémus eam in locum suum. Cap. 6.

[178v.]

Lectio secunda. (1. Regum vj. 6.)

DIxérunt autem eis sacerdótes et divíni, Quare aggravátis corda vestra sicut aggravávit Egýptus et Phárao cor suum ? Nonne postquam percússus est, tunc dimísit eos, et abiérunt ? Nunc ergo arrípíte et fácite plastrum novum unum, et duas vaccas fetas, quibus non est impositum jugum, júngíte in plaustro : et reclúдите vítulos eárum domi. Tolletísque archam Dómini, et

ponétis in plaustro : et vasa áurea que exsolvístis ei pro delícto, ponétis in capséllam ad latus ejus, et dimíttite eam ut vadat, et aspiciétis. Et síquidem per viam finium suórum ascénderit contra Bethsámes : ipse fecit nobis malum hoc grande. Sin autem mínime : sciémus quia nequáquam manus ejus tétigit nos sed casu áccidit.

Lectio iij. (1. Regum vj. 10.)

FEcérunt ergo illi hoc modo, et tolléntes duas vaccas que lactábant vítulos junxérunt ad plastrum : vitulósque eárum recluserunt domi : et posuérunt archam

Dei super plastrum, et capséllam que habébat mures áureos, et similitúdinem anórum. Ibant autem in diréctum vacce per viam que ducit Bethsámes, et itínere uno gradie-

bántur pergéntes et mugíentes, et non declinábant, neque ad d́exteram neque ad sinístram. Sed et sátrape Philistinórum sequebántur usque ad términos Bethsámes. Porro Bethsámite metébant tríticum in valle : et elevántes óculos vidérunt archam, et

gavísi sunt cum vidíssent. Et plaustrum venit in agrum Jósue Bethsámite : et stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus : et concidérunt ligna plaustri, vaccásque imposuérunt super ea holocáustum Dómino. Tu autem.

[Dominica
ij.]

Lectio j. Legenda II. I. Regum vij. (3.)



It Sámuel ad univérsam domum Israel dicens, Si in toto corde vestro revertímini ad Dóminum, auférte deos aliénos de médio vestri, Báalim et Astaroth : et preparáte corda vestra Dómino, et servíte illi soli, et éruet vos de manu Philístiim. Abstulérunt ergo filii Israel Báalim et Astaroth : et serviérunt

Dómino soli. Dixit autem Sámuel, Congregáte univérsum Israel in Masphat : ut orem pro vobis Dóminum. Et convenérunt in Masphat, hauserúntque⁸⁸ aquam et effudérunt in conspéctu Dómini : et jejunavérunt in die illa, et dixerunt, Tibi peccávimus Dómine. Tu autem Dómine.

Lectio secunda. (I. Regum vij. 6.)

JUdicavitque Sámuel filios Israel in Masphat. Et audiérunt Philístiim quod congregáti essent filii Israel in Masphat : et ascendérunt sátrape Philistinórum ad Israel. Quod cum audíssent filii Israel : timuérunt a fácie Philistinórum. Dixerúntque ad Samuélem, Ne cesses pro nobis clamáre ad Dóminum Deum nostrum : ut salvet nos de manu Philistinórum. Tulit autem Sámuel agnum lacténtem

unum : et obtulit illum holocáustum íntegrum Dómino. Et clamávit Sámuel ad Dóminum pro Israel : ex exaudivit eum Dóminus. Factum est autem cum Sámuel offérret sacrificium Dómino, Philístei iniérunt prélium contra Israel. Intónuit autem Dóminus fragóre magno in die illa super Philístiim, et extérruit eos : et cesi sunt a filiis Israel.

Lectio iij. (I. Regum vij. II.)



Gressíque viri Israel de Masphat persecúti sunt Philísteos : et

percussérunt eos usque ad locum qui erat subter Béthachar. Tulit autem

Sámuel lápidem unum et pósuit eum inter Masphat et inter Sen : et vocávit nomen illíus Abennézer, id est lapis adjutórii. Dixítque, Hucúsque auxiliátus est nobis Dóminus. Et humiliáti sunt Philístiim : nec apposuérunt ultra ut venírent in términos Israel. Facta est itaque manus Dómini super Philísteos cunctis diébus Samuélis, et

réddite sunt urbes quas túlerant Philístiim ab Israel Israéli : ab Accharon usque Geth, et términos suos. Liberavítque Israel de manu Philistinórum. Erátque pax inter Israel et Amórreum. Judicábat quoque Sámuel Israel cunctis diébus vite sue. Tu autem Dómine miserére [nostri].

[179r.]

Lectio prima. Legenda 12. 1. Regum viij. (1.)

[*Lectio iiij.*]



Actum est autem cum senuisset Sámuel : pósuit filios suos júdices in Israel. Fuitque nomen filii ejus primogéniti Johel, et nomen secúndi Abia : júdicum in Bersábee. Et non ambulavérunt filii ejus in viis ejus : sed declinavérunt post avaríciam

acceperúntque múnera, et pervertérunt júdicium. Congregatíque⁸⁹ unívérsi majóres natu Israel venérunt ad Samuélem in Rámatha : dixerúntque ei, Ecce tu senuísti : et filii tui non ámbulant in viis tuis. Constitue nobis regem ut júdicet nos : sicut et unívérse habent nátiónes.

[*Lectio v.*]

Lectio ij. (1. Regum viij. 6.)

Displicúitque sermo in óculis Samuélis : eo quod dixissent, da nobis regem ut júdicet nos. Et orávit Sámuel ad Dóminum. Dixit autem Dóminus ad Samuélem, Audi vocem pópuli : in ómnibus his que loquúntur tibi. Non enim te abjecérunt sed me, ne regem super eos, juxta

ómnia ópera sua que fecérunt, a die qua edúxi eos de terra Egýpti, usque ad diem hanc. Sicut dereliquerunt me, et serviérunt diis aliénis : sic faciunt étiam tibi. Nunc ergo audi vocem illórum. Verúntamen contéstare eos, et predic eis jus regis : qui regnatúrus est super eos.

[*Lectio vij.*]

Lectio iij. (1. Regum viij. 10.)

Dixit itaque Sámuel ómnia verba Dómini ad pópulum, qui petíerant a se regem : et ait, Hoc erit jus regis qui imperatúrus est vobis. Fílios

vestros tollet, et ponet in cúrribus suis, faciétque sibi équites et precursóres quadrigárum suárum : et constituet sibi tribúnos et centuriónes

et aratóres agrórum suórum : et messóres ségetum, et fabros armórum, et cúrruum suórum. Fílias quoque vestras fáciat sibi unguentárias : et focárias et paníficas. Agros quoque vestros et véneas et olivéta óptima tollet : et dabit servis suis. Sed et ségetes vestras et vineárum rédditus addecimábit : ut det eunúchis et

fámulis suis. Servos étiam vestros et ancíllas et júvenes óptimos, et ásinos áuferet : et ponet in ópere suo. Greges quoque vestros addecimábit : vosque éritis ei servi. Et clamábitis in die illa a fácie regis vestri quem elegístis vobis : et non exáudiet vos Dóminus in die illa, quia petístis vobis regem.

[Feria.]

Lectio j. *Legenda* 13. 1. *Regum viij.* (19.)



Oluit autem pópulus audíre vocem Samuélis : sed dixerunt, Nequáquam. Rex enim erit super nos : et érimus nos quoque sicut omnes gentes. Et iudicábit nos rex noster : et egrediétur ante nos : et pugnábit bella nostra pro

nobis. Et audívit Sámuél verba pópuli : et locútus est ea in áuribus Dómini. Dixit autem Dóminus ad Samuélem, Audi vocem eórum : et constítue super eos regem. Et ait Sámuél ad viros Israel, Vadat unusquisque in domum suam. Tu autem.

Lectio ij. 1. *Regum ix.* (1.)

ET erat vir de Bénéjamin nómine Cis, filius Abihel, filii Seor, filii Bechor, filii Jareth, filii Aphia, filii viri Gémini, fortis robóre, et erat ei filius vocábulo Saul, eléctus et bonus : et non erat vir de filiis Israel mélior illo. Ab húmero et sursum : emi-

nébat super omnem pópulum. Perierant autem ásine Cis patris Saulis. Et dixit Cis, ad Saul filium suum, Tolle tecum unum de púeris : et consúrgens vade et quere ásinas. Tu autem.

Lectio iij. (1. *Regum ix.* 3.)

Qui cum transissent per montem Effraim, et per terram Sálisa et non invenissent : transiérunt étiam per terram Salim et non erant. Sed et per terram Gémini : et mínime reperérunt. Cum autem venissent in

terram Suph et non invenissent : dixit Saul ad púerum qui erat cum eo, Veni et revertámur : ne forte dimiserit pater meus ásinas : et sollícitus sit pro nobis. Qui ait ei, Ecce est vir Dei in civitáte hac vir nóbilis : et omne quod

lóquitur absque ambiguitáte évenit.
Nunc ergo eámus illic, si forte índicet

nobis de via nostra, propter quam
vénimus. Tu autem Dómine.

[Feria.]

Lectio prima. Legenda 14. 1. Regum ix. (7.)

IXit Saul ad púerum suum,
Ecce íbimus. Quid ferémus
ad virum Dei ? Panis défecit
in cistárchiis nostris, et spórtulam
non habémus ut demus hómini Dei :
nec quicquam áliud. Rursúmque
puer respóndit Sauli et ait, Ecce
invénta est in manu mea quarta pars

státeris argénti : demus hómini Dei, [179v.]
ut índicet nobis viam nostram. Olim
in Israel sic loquebátur unusquisque
hábeas consúlere Dóminum, Veníte et
eámus ad vidéntem. Qui enim pro-
phéta dícitur hódie : vocabátur olim
videns. Tu autem Dómine.

Lectio secunda. (1. Regum ix. 10.)

ET dixit Saul ad púerum suum,
Optimus sermo tuus : veni
eámus. Et iérunt in civitátem : in qua
erat vir Dei. Cumque ascénderent
clivum civitátis : invenérunt puéllas
egrediéntes ad hauriéndam aquam.
Et dixerunt eis, Num hic est videns ?
Que respondéntes dixerunt illis, Hic
est : ecce ante te. Festína nunc.
Hódie enim venit in civitátem : quia

sacrificium est hódie pópulo in
excélso. Ingrediéntes urbem statim
inveniétis eum : ántequam ascéndat in
excélsum ad vescéndum. Neque enim
comesúrus est pópulus donec ille
véniat : quia ipse benedícet hóstie, et
deinceps cómedent qui vocáti sunt.
Nunc ergo conscéndite : quia hódie
reperiétis eum. Et ascendérunt in
civitátem. Tu autem Dómine.

Lectio tertia. (1. Regum ix. 14.)

Cumque illi ambulárent in médio
urbis : apparuit Sámuel egrédi-
ens óbviám eis, ut ascénderet in
excélsum. Dóminus autem revelá-
verat aurículam Samuélis, ante unam
diem quam veníret Saul : dicens, Hac
ipsa hora que nunc est, cras mittam
ad te virum de terra Bénjamin : et

unges eum ducem super pópulum
meum Israel. Et salvábit pópulum
meum de manu Philistinórum : quia
respéxi pópulum meum Israel. Venit
enim clamor eórum ad me. Cumque
aspexisset Sámuel Saulem : Dóminus
ait ei, Ecce vir quem díxeram tibi.
Iste dominábitur pópulo meo.

[Feria.]

*Lectio prima. (Legenda 15. 1. Regum ix. 18.)*⁹⁰



Accéssit autem Saul ad Samuélem, in médio porte : et ait, Indica michi oro te : ubi est domus vidéntis. Et respóndit Sámuel Sauli : dicens, Ego sum videns. Ascénde ante me in excélsu, ut cómedas mecum hódie, et

dimíttam te mane : et ómnia que sunt in corde tuo indicábo tibi. Et de ásinis que perdidisti nudiustertius ne solícitus sis : quia invénte sunt. Et cujus erunt óptima queque Israel ? Nonne tibi et omni dómui patris tui ?

Lectio ij. (1. Regum ix. 21.)

Respóndens autem Saul ait, Nunquid non filius Gémini ego sum, de mínima tribu Israel, et cognátio mea novíssima inter omnes famílias de tribu Bénjamin ? Quare ergo loquútus es michi sermónem istum ? Assúmens itaque Sámuel Saulem et púerum ejus introduxit eos

in triclínum : et dedit eis locum in cápite eórum qui fúerant invitáti. Erant enim quasi trigínta viri. Dixítque Sámuel coco, Da partem quam dedi tibi : et precépi ut repóneres seórsum apud te. Levávit autem cocus armum : et pósuit ante Saulem. Tu autem.

Lectio tertia. (1. Regum ix. 24.)

Dixítque Sámuel, Ecce quod remánsit, pone ante te, et cómede : quia de indústria servátum est tibi quando pópulum vocávi. Et cómedit Saul cum Samuéle, in die illa : et descendérunt de excélso in óppidum, et loquútus est cum Saule in soláριο. Stravítque Saul in soláριο : et dormívit. Cumque mane surrexíssent, et étiam dies lucésceret : vocá-

vit Sámuel Saulem in soláριο, dicens, Surge et dimíttam te. Et surréxit Saul, egressíque sunt ambo ipse vidélicet et Sámuel. Cumque descéndèrent in extrémá parte civitátis : Sámuel dixit ad Saulem, Dic púero ut antecédát nos et tránseat : tu autem subsísto paulísper, ut índicem tibi verbum Dómini. Tu autem Dómine.

[Dominica quarta.]

Lectio j. Legenda 16. 1. Regum x.



Ulit autem Sámuel lenticulam ólei, et effúdit super caput ejus : et deosculátus

est eum, et ait, Ecce unxit te Dóminus super hereditátem suam in princípem : et liberábis pópulum ejus

de manu inimicórum ejus qui in circúitu ejus sunt. Et hoc tibi signum : quia unxit te Dóminus in príncipem. Cum abieris hódie a me, invénies duos viros juxta sepúlchrum Rachélis, in finibus Bénjamin meridie, saliéntes

magnas fóveas ⁹¹ : dicéntque tibi, Invénte sunt ásine ad quas íeras perquiréndas, et intermíssis pater tuus ásinis sollícitus est pro vobis : et dicit, Quid fáciam de filio meo ?

Lectio secunda. (1. Regum x. 3.)

[180r.] **C**Umque abieris inde et ultra transieris et véneris ad quercum Thabor : invénient te ibi tres viri ascendéntes ad Deum in Bethel, unus portans tres hedos, et álius tres tortas panis, et álius portans lagénam vini. Cumque te salutáverint : dabunt tibi duos panes et accípies de manu eórum. Post hec vénies in collem

Dómini : ubi est státio Philistinórum. Et cum ingrédus fúeris ibi urbem, óbviu habébis gregem prophetárum descendéntium de excélso, et ante eos psaltérium et týmpanum et týbiam et cýtharam ipsósque prophetántes. Et insíliet in te Spíritus Dómini, et prophetábis cum eis : et mutáberis in virum álium.

Lectio iij. (1. Regum x. 7.)

Quando ergo evénerint signa hec ómnia tibi : fac quecúnque invénerit manus tua, quia Dóminus tecum est et descédes ante me in Gálgala. Ego quippe descéndam ad te ut ófferas oblatiónem et ímmoles víctimas pacíficas. Septem diébus expectábis donec véniam ad te : et osténdam tibi quid fácias. Itaque cum

avertísset húmerum suum ut abíret a Samuэле, immutávit ei Deus cor áliud : et venérunt ómnia hec signa in die illa. Venerúntque ad predictum collem : et ecce cúneus prophetárum óbvius ei. Et insíluit super eum Spíritus Dómini : et prophetávit in médio eórum. Tu autem Dómine.

Lectio j. Legenda 17. (1. Regum x. 14.)

[Lectio iiij.]

Ixit autem pátruus Saulis ad eum : et ad púerum ejus, Quo abístis ? Qui responderunt, Querere ásinas. Quas cum non repperíssemus : vénimus ad Sa-

muélem. Et dixit ei pátruus suus, Indica michi quid díxerit tibi Sámuel. Et ait Saul ad pátruum suum, Indicávit nobis quia invénte essent ásine. De sermóne autem regni non

indicávit ei : quem locútus illi fúerat

Sámuel.

[*Lectio v.*]

Lectio ij. (I. Regum x. 17.)

ET convocávit Sámuel pópulum ad Dóminum in Masphat : et ait ad filios Israel, Hec dicit Dóminus Deus Israel. Ego edúxi Israel de Egýpto, et éruí vos de manu Egyp-tiórum : et de manu ómnium regum qui affligébant vos. Vos autem hódie projecístis Deum vestrum, qui solus

salvávit vos de univérsis malis et tribulatióibus vestris : et dixístis, Nequáquam : sed regem constítue super nos. Nunc ergo state coram Dómino : per tribus vestras et famílias. Et applicuit Sámuel omnes tribus Israel : et cécidit sors super tribum Bénjamin.

[*Lectio vj.*]

Lectio iij. (I. Regum x. 21.)

ET applicuit tribum Bénjamin et cognatiónes ejus : et cécidit super cognatiónem Methri, et pervénit usque ad Saul filium Cis. Quesiérunt ergo eum : et non est invéntus. Et consuluérunt post hec Dóminum : utrum nam ventúrus

esset illuc. Respondítque Dóminus, Ecce absconditus est domi. Cucurrérunt itaque : et tulérunt eum inde. Stetitque in médio pópuli : et áltior fuit univérso pópulo ab húmero et sursum.

[*Feria.*]

Lectio j. Legenda 18, sed legatur per ordinem I. Reg. x. (24.)

ET ait Sámuel ad omnem pópulum, Certe vidétis quem elégerit Dóminus : quia non sit símilis illi in omni pópulo. Et clamávit cunctus pópulus, et ait, Vivat rex. Locútus est autem Sámuel ad pópulum legem regni : et scripsit in libro, et repósuit coram Dómino. Et dimísit Sámuel omnem

pópulum : síngulos in domum suam. Sed et Saul ábiit in domum suam in Gábaa : et ábiit cum eo pars exercitus quorum tetígerat Deus corda. Fílii vero Béliál dixerunt, Num salváre nos póterit iste ? Et despexérunt eum : et non attulérunt ei múnera. Ille vero dissimulábat se audíre. Tu autem.

Lectio ij. I. Regum xj.

ET factum est quasi post mensē, ascéndit Naas Ammónites :

et pugnáre cepit advérsum Jabes Gálaad. Dixerúntque omnes viri Jabes

ad Naas, Habéto nos federátos : et serviémus tibi. Et respóndit ad eos Naas Ammónites : In hoc fériam vobiscum fedus, ut éruam ómnium

vestrum óculos dextros : ponámque vos oppróbrium univérso Israéli. Tu autem Dómine.

Lectio tertia. (1. Regum xj. 3.)

ET dixerunt ad eum senióres Jabes, Concéde nobis septem dies, ut mittámus núncios ad univérsos términos Israel : et si non fúerit qui deféndat nos, egrediémur ad te. Venérunt ergo núncii in Gábaa Saulis : et locúti sunt verba hec

audiénte pópulo. Et levávit omnis pópulus vocem suam : et flevit. Et ecce Saul veniébat mane sequens boves de agro : et ait, Quid habet [180v.] pópulus quod plorat ? Et narravérunt ei verba virórum Jabes. Tu autem Dómine.

[Feria.]

Lectio prima. Legenda 19. 1. Regem xj. (6.)

INsíluit Spíritus Dómini in Saul : et irátus est furor ejus nimis, et assúmens utrúmque bovem concídit in frustra. Misítque in omnes términos Israel : per manus nunciórum, dicens, Quicúnque non exierit secutúsque

fúerit Saulem et Samuélem : sic fiet bobus ejus. Invásit ergo timor Dómini pópulum : et egréssi sunt quasi vir unus. Et recénsuit eos in Bezeth. Fuerúntque filiórum Israel trecénta mília : virórum autem Juda trigínta mília.

Lectio ij. (1. Regum xj. 9.)

ET dixerunt núnciis qui vénerant, Sic dicétis viris qui sunt in Jabes Gálaad. Cras erit vobis salus : cum incalúerit sol. Venérunt ergo núncii, et nunciavérunt viris Jabes. Qui letáti sunt : et dixerunt, Mane exhibimus ad vos : et faciétis nobis omne quod placúerit vobis. Et factum est cum

venisset dies crástinus, constituit Saul pópulum in tres partes : et ingressus est média castra in vigília matutína : et percússit Ammon a mane dum incalésceret dies. Réliqui autem dispersi sunt : ita ut non relinqueréntur in eis duo páriter. Tu autem.

Lectio iij. (I. Regum xj. 12.)

QUAE ait pópulus ad Samuélem, Quis est iste qui dixit, Saul non regnabit super nos ? Date viros : et interficiemus eos. Et ait Saul, Non occidetur quisquam in die hac : quia hodie fecit Dóminus salutem in Israel. Dixit autem Sámuel ad pópulum, Veníte et eamus in Gálgala : et

innovemus ibi regnum. Et perréxit omnis pópulus in Gálgala : et fecerunt ibi regem Saulem coram Dómino in Gálgala. Et immolaverunt ibi víctimas pacíficas coram Dómino : et letátus est ibi Saul et cuncti viri Israel nimis. Tu autem.

[Feria.]

Lectio prima. Legenda 20. (I. Regum) cap. xij.⁹²

Ixit autem Sámuel ad univérsam Israel, Ecce audívi vocem vestram, juxta ómnia que locúti estis ad me : et constitui super vos regem, et nunc rex gráditur ante vos. Ego autem sénuí et incánuí : porro filii mei vobíscum sunt. Itaque conversátus coram vobis ab adolescentía, mea usque in diem hanc : ecce

presto sum : loquímini de me coram Dómino, et coram christo ejus : utrum bovem cújusquam túlerim aut ásinum. Si quémquam calumniátus sum, si opprésí áliquem, si de manu cújusquam munus accépi, et contémnam illud hódie : restituámque vobis. Tu.

Lectio ij. (I. Regum xij. 4.)

QUAE dixerunt Israel, Non es calumniátus nos neque oppressísti : neque tulísti de manu alicujus quíppiam. Dixítque ad eos, Testis est Dóminus advérsus vos, et testis christus ejus in die hac : quia non inveníritis in manu mea quíppiam. Et dixerunt, Testis. Et ait Sámuel ad pópulum, Dóminus qui fecit Móysen et Aaron : et edúxit patres nostros de

terra Egýpti adest. Nunc ergo state, ut judício conténdam advérsus vos coram Dómino : de ómnibus misericórdiis Dómini quas fecit vobíscum, et cum pátribus vestris, et quómodo ingríssus est Jacob in Egýptum, et clamavérunt patres vestri ad Dóminum, et misit Móysen et Aaron : et edúxit patres vestros de Egýpto, et collocávit eos in loco hoc.

Lectio tertia. (1. Regum xij. 9.)

Qui obliti sunt Dómini Dei sui, et trádedit eos in manu Sýsare magístri militie Asor, et in manu Philistinórum, et in manu regis Moab : et pugnavérunt advérsum eos. Póstea autem clamavérunt ad Dóminum : et dixerunt, Peccávimus quia dereliquimus Dóminum : et servívimus

Báalim et Astaroth. Nunc ergo érué nos de manu inimicórum nostrórum : et serviémus tibi. Et misit Dóminus Jerobáal,⁹³ et Badam, et Barac, et Jepte, et Sámuel : et éruit vos de manu inimicórum vestrórum per circúitum, et habitástis confidénter. Tu autem.

[Dominica quinta.]

Lectio prima. Legenda 21. 1. Regum xij. (12.)

Ixit autem Sámuel ad pópulum Israel, Vidéntes quod Naas rex filiórum Ammon venisset advérsum vos : dixístis michi, Nequáquam, sed rex imperábit nobis : cum Dóminus Deus vester regnáret in vobis. Nunc ergo presto est rex vester : quem elegístis et petístis. Ecce dedit vobis Dóminus regem. Si timuéntis

Dóminum et serviéritis ei et audiéritis vocem ejus, et non exasperavéritis os Dómini : éritis et vos et rex qui ímperat vobis sequéntes Dóminum Deum vestrum. Si autem non audiéritis vocem Dómini, sed exasperavéritis sermónem Dómini : erit manus Dómini super vos et super patres vestros. [181r.]

Lectio secunda. (1. Regum xij. 16.)

Sed et nunc state et vidéte rem istam grandem : quam factúrus⁹⁴ est Dóminus in conspéctu vestro. Nunquid non messis trítici est hódie ? Invocábo Dóminum et dabit voces et plúvias, et sciéritis et vidébitis : quia grande malum fecéritis vobis in conspéctu Dómini, peténtes super vos regem. Et clamávit Sámuel ad Dómi-

num : et dedit Dóminus voces et plúvias in die illa. Et tímuit omnis pópulus nimis Dóminum et Samuélem. Dixítque univérsus pópulus ad Samuélem, Ora pro servis tuis ad Dóminum Deum tuum : ut non moriámur. Addídimus enim univérsis peccátis nostris malum : ut peterémus nobis regem.

Lectio iij. (1. Regum xij. 20.)

Dixit autem Sámuel ad pópulum, Nolíte timére. Vos fecístis uni-


vérsus malum hoc. Verúntamen nolíte recédere a tergo Dómini, sed

servíte Dómino in omni corde vestro, et nolíte declináre post vana que non prodérunt vobis neque éruent vos, quia vana sunt : et non derelínquet Dóminus pópulum suum propter nomen suum magnum, quia jurávit Dóminus fácere vos sibi pópulum. Absit autem a me hoc peccátum in

Dómino ut cessum oráre pro vobis : et docébo vos viam bonam et rectam. Igitur timéte Dóminum et servíte ei in veritáte : et ex toto corde vestro. Vidístis enim magnífica : que in vobis gésserit. Quod si perseveravéritis in malítia : et vos et rex vester páriter períbitis.

[Lectio iiij.]


Lectio prima. Legenda 22. 1. Regum xiiij.

lius uníus anni erat Saul cum regnáre cepisset : duóbus autem annis regnávít super Israel. Et elégit sibi Saul tria mília de Israel, et erant cum Saul duo mília in Machmas, et in monte Bethel : mille autem cum Jónatha in Gábaa Bénjamin. Porro céterum pópulum

remísit : unumquémque in tabernácula sua. Et percússit Jónathas staciónem Philistinórum : que erat in Gábaa. Quod cum audíssent Philístiim : Saul cécinít búccina in omni terra dicens, Audiant Hebréi. Tu autem Dómine miserére [nostri].

[Lectio v.]


Lectio secunda. (1. Regum xiiij. 4.)

T univérsum Israel : audívit hujuscémodi famam. Percussítque Saul staciónem Philistinórum : et eréxit se Israel advérsus Philístiim. Clamávit ergo pópulus post Saul in Gálgala, et Philístiim congregáti sunt

ad preliándum contra Israel, trigínta mília círruum et sex mília équitum, et relíquum vulgus sicut aréna que est in líttore maris plúrima. Et ascendétes castrametáti sunt in Machmas : et ad oriéntem Betháven.

[Lectio vj.]

Lectio iij. (1. Regum xiiij. 6.)

uod cum vidíssent viri Israel se in arto pósitos, afflíctus enim erat pópulus : abscondérunt se in spelúncis, et in ábditis, et in petris quoque et in antris et in cistérnis. Hebréi autem transiérunt Jordánem : terram Gad et Gálaad. Cumque

adhuc esset Saul in Gálgala : univérsum pópulus pertérritus est qui sequebátur eum. Et expectávit septem diébus juxta plácitum Samuélem : et non venit Sámuel in Gálgala. Dilapsúsque est pópulus ab eo. Ait ergo Saul, Afférte michi olocáustum et pacífica.

Et obtulit olocáustum.

[Feria.]

Lectio j. Legenda 23. 1. Regum xiiij. (10.)

GUmque complésset Saul offerens olocáustum : ecce Sámuel veniébat. Et egressus est Saul óbviam ei : ut salutáret eum. Locutúsque est ad eum Sámuel, Quid fecisti ? Respóndit Saul, Quia vidi quod dilaberétur pópulus a

me, et tu non veníres iuxta plácitos dies : porro Philístiim congregáti fúerant in Machmas, dixi : Nunc descéndent Philístiim ad me in Gálgala : et fáciem Dómini non placávi. Necessitáte compúlsus : obtuli sacrificium.

Lectio ij. (1. Regum xiiij. 13.)

DIxitque Sámuel ad Saulem, Stulte egísti : nec custodísti mandáta Dómini Dei tui que precéperat tibi. Quod si non fecísses : jam nunc preparásset Dóminus regnum tuum super Israel in sempi-

térnum. Sed nequáquam regnum tuum ultra consúrget. Quesívit sibi Dóminus virum iuxta cor suum, et precépit ei Dóminus ut esset dux super pópulum suum : eo quod non serváveris que precéperat Dóminus.

Lectio iij. (1. Regum xiiij. 15.)

[181v.]

Surréxit autem Sámuel : et ascéndit de Gálgalis in Gábaa Bénjamin. Et réliqui pópuli ascenderunt post Saul óbviam pópulo qui expugnábant illos : veniéntes ex Gálgala in Gábaa in colle Bénjamin. Et

recénsuit Saul pópulum qui invénti fúerant cum eo : quasi sexcéntos viros. Et Saul et Jónathas filius ejus, populúsque qui invéntus fúerat cum eis : erat in Gábaa Bénjamin.

[Feria.]

Lectio prima. Legenda 24. 1. Regum xiiij. (16.)

Orro Philístiim conséderant in Machmas. Et egressi sunt ad preliándum de castris Philístiim tres cúnei. Unus cúneus pergébat contra viam Effraim ad

terram Saulis. Porro álius ingrediebátur per viam Bethóron. Tértius autem vérterat se ad iter términi in terra Sábaa⁹⁵ : imminéntis valli⁹⁶ Séboym contra désertum.

Lectio ij. (1. Regum xiiij. 19.)

Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel. Cavebant autem Philistiim : ne forte facerent Hebrei gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israel ad Philistiim : ut exaceret unusquisque

vomerem suum et ligonem et securim et sarculum. Retuse itaque erant acies vomerum et ligonum et tridentium et securium : usque ad stimulum corrigendum.


Lectio tertia. (1. Regum xiiij. 22.)

Cunque venisset dies prelii : non est inventus ensis et lancea in manu totius populi qui erat cum Saul et Jonatha, excepto Saul et Jonatha filio ejus. Egressa est autem statio Philistiim : ut transcenderent in Machmas. Et accidit quadam die ut

diceret Jonathas filius Saulis : ad adolescentem armigerum suum, Veni et transeamus ad stationem Philistiim : que est trans locum illum. Patri autem suo : hoc ipsum non indicavit.⁹⁷

[Dominica
vj.]

Lectio prima. Legenda 25. 1. Regum xiv. (8.)

T ait Jonathas, Ecce nos transimus ad viros istos.  Cunque apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos : Manete donec veniamus ad vos : stemus in

loco nostro, non ascendamus ad eos. Si autem dixerint, Ascendite ad nos : ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris. Hoc erit nobis signum. Tu autem.

Lectio ij. (1. Regum xiv. 11.)

Apparuit igitur uterque stationi Philistinorum. Dixeruntque Philistiim, En Hebrei egrediuntur de cavernis in quibus absconditi fuerant. Et locuti sunt viri de statione ad Jonathan, et ad armigerum suum.

Dixeruntque, Ascendite ad nos : et ostendemus vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum suum, Ascendamus. Sequere me. Tradidit enim eos Dominus : in manus Israel.

Lectio iij. (1. Regum xiv. 13.)

Ascendit autem Jonathas reptans manibus et pedibus : et armiger

ejus post eum. Et cum vidissent faciem Jonathe, alii cadebant ante

Jónathan : álios ármiger ejus interficiébat sequens eum. Et facta est prima plaga, quam percússit Jónathas et ármiger ejus, quasi viginti virórum

in média parte júgeri : quam par boum in die aráre consuévit. Et factum est miráculum in castris per agros.

[*Lectio iiij.*]

Lectio j. Legenda 26. (1. Regum xiv. 15.)



Ed et omnis pópulus stationis eórum qui ierant ad predándum obstúpuit : et conturbáta sunt castra, et áccidit quasi miráculum a Deo. Et respexérunt speculatóres Saulis qui erant in Gábaa Bénjamin : et ecce multitúdo pros-

tráta et huc illúcque diffúgiens. Et ait Saul pópulo qui erat cum eo, Requírite et vidéte quis abierit ex nobis. Cunque requisissent, repértum est non adesse Jónathan et armígerum ejus.

[*Lectio v.*]

Lectio secunda. (1. Regum xiv. 18.)

ET ait Saul ad Achiam,⁹⁸ Applica archam Dómini. Erat enim ibi archa Dei in die illa, cum fíliis Israel. Cumque loquerétur Saul ad sacerdotem : tumúltus magnus exórtus est in castris Philistinórum, crescebátque paulátim et clárus reboábat. Et ait Saul ad sacerdotem, Cóntrahe manum

tuam. Conclamávit ergo Saul et omnis pópulus qui erat cum eo : et venérunt usque ad locum certáminis. Et ecce versus fúerat gládius uniuscujúsque ad próximum suum : et cedes magna nimis. Tu autem Dómine.

[*Lectio vj.*]

Lectio tertia. (1. Regum xiv. 21.)

SEd et Hebréi qui fúerant cum Philístiim heri et nudíustértius, ascenderántque cum eis in castris : revérsi sunt ut essent cum Israel qui erant cum Saule et Jónatha. Omnes quoque Israélite qui se absconderant in montu Effraim audiéntes quod

Philístiim fugissent, sociavérunt se cum suis in prélio : et erant cum Saule quasi decem mília virórum. Et salvávit Dóminus in die illa Israel. [182r.] Pugna autem pervénit usque Betháven : et vir Israel sociátus est sibi in die illa.

[Feria.]

Lectio j. Legenda 27. 1. Regum xiv. (24.)



Djurávit autem Saul pópulum dicens, Maledíctus vir qui coméderit panem usque ad vésperam : donec me ulciscar de inimicis meis. Et non manducávit univérsum pópulus panem. Omnéque

terre vulgus venit in saltum : in quo erat mel super fáciem agri. Ingréssus est itaque pópulus saltum, et appáruit fluens mel : nullúsque applicuit manum ad os suum. Timébat enim pópulus juraméntum.

Lectio ij. (1. Regum. xiv. 27.)

Porro Jónathas non audíerat cum adjuráret pater ejus pópulum : extendítque summitátem virge quam habébat in manu, et intínxit in favo mellis, et convértit manum suam ad os suum, et illumináti sunt óculi ejus.

Respondénsque unus de pópulo ait, Jurejurándo constrínxit pater tuus pópulum dicens, Maledíctus vir qui coméderit panem hodie. Defécerat autem pópulus.

Lectio iij. (1. Regum xiv. 29.)

Dixítque Jónathas, Turbávit pater meus terram. Vidístis ipsi quia illumináti sunt óculi mei eo quod gustáverim páululum de melle isto : quanto magis si comedisset pópulus de preda inimicórum suórum quam répperit ? Nonne major facta fuisset plaga in Philístiim ? Percussérunt in illa die Philísteos : a Machmis usque in Haylon. Defatigátus est autem

pópulus nimis et versus ad predam tulit oves et boves et vítulos et mactavérunt in terra : comeditque pópulus cum ságuine. Nunciavérunt autem Sauli : dicétes quod pópulus peccáset Dómino, cómedens cum ságuine. Qui ait, Prevaricáti estis. Vólvite ad me jam nunc saxum grande. Tu autem Dómine [miserére nostri].

[Feria.]

Lectio prima. Legenda 28. 1. Regum xiv. (34.)



Dixit Saul, Dispergímini in vulgus et dícite eis, ut addúcat ad me unusquisque bovem suum et arietem, et occídite super istud : et vescímini, et non

peccábitis Dómino, comedétes cum ságuine. Addúxit itaque omnis pópulus unusquisque bovem in manu sua usque ad noctem : et occidérunt ibi. Edificávit autem Saul altáre Dó-

mino. Tuncque primum cepit edifi-

cáre altáre Dómino.

Lectio ij. (I. Regum xiv. 36.)

ET dixit Saul, Irruámus super Philístiim nocte et vastémus eos usque dum illucéscat mane : nec relinquámus de eis virum. Dixítque pópulus, Omne quod bonum vidétur in óculis tuis fac. Et ait sacerdos,

Accedámus huc ad Deum. Et consúluit Saul Dóminum dicens, Num pérsequar Philístiim ? Si trades eos in manus Israel ? Et non respóndit ei in die illa.

Lectio tertia. (I. Regum xiv. 38.)

Dixítque Saul, Applicáte huc univérsos ángulos pópuli : et scitóte et vidéte per quem accíderit peccátum hoc hódie. Vivit Dóminus Salvátor Israel : quia si per Jónathan filium meum factum est, absque retractatióne moriétur. Ad quod

nullus contradíxit ei de omni pópulo. Et ait Saul ad univérsum Israel, Separámini vos in partem unam : et ego cum Jónatha filio meo ero in parte áltera. Respondítque pópulus ad Saul, Quod bonum vidétur in óculis tuis fac.

[Feria.]

Lectio prima. Legenda 29. (Regum xiv. 41.)

Dixit Saul ad Dóminum, Dómine Deus Israel, da iudícium quid est quod non responderís servo tuo hódie. Si in me aut in Jónatha filio meo, hec iníquitas est : da ostensiónem. Aut si est in

pópulo tuo hec iníquitas : da sanctitátem. Et deprehénsus est Jónathas et Saul : pópulus autem exívit. Et ait Saul, Míttite sortem inter me et filium meum Jónathan. Et captus est Jónathas.

Lectio ij. (I. Regum xiv. 43.)

Dixit autem Saul ad Jónathan, Indica michi quid féceris. Et indicávit ei Jónathas : et ait, Gustans gustávi in summitáte virge que erat in manu mea páululum mellis : et ecce mórrior. Et ait Saul, Hec fáciat michi Deus et hec addat, quia morte moriérís Jónatha. Dixítque pópulus

ad Saul, Ergóne Jónathas moriétur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel ? Hoc nephas est. Vivit Dóminus si ceciderit capíllus de cápite ejus in terram : quia cum Deo operátus est hódie. Liberávit ergo pópulus Jónathan : ut non morerétur. Recessítque Saul : nec perseguútus est

Philístiim. Porro Philístiim abiérunt

in loca sua.

Lectio tertia. (1. *Regum* xiv. 47.)

ET Saul confirmáto regno super Israel, pugnábat per circúitum advérsus omnes inimícos ejus : contra Moab, et filios Ammon, et Edom, et reges Saba, et Philísteos, et quocúnque se vértérat, superábat. Congregatóque exercítu percússit Amalech : et éruit Israel de manu vastatórum ejus. Fuérunt autem filii Saul Jónathan, et Jésui et Melchísua. Nómína duárum filiárum ejus, nomen

primogénite Merob, et nomen minoris Michol, et nomen uxóris Saul, Achínoen filia Achímas. Et nomen princípis milítie ejus, Abner filius Ner patruélis Saul. Porro, Cis fuérat⁹⁹ pater Saul : et Ner pater Abner filius Abiel. Erat autem bellum potens advérsus Philísteos : ómnibus diébus Saul. Nam quemcúnque víderat Saul virum fortem et aptum ad prélium : sociábat eum sibi. Tu autem.

[*Dominica vij.*]

Lectio prima. (*Legenda* 30. 1. *Regum* xv.)

EXit Sámuel ad Saul, Me misit Dóminus, ut úngerem te in regem super pópulum ejus Israel. Nunc ergo audi vocem Dómini. Hec dicit Dóminus Deus exercítuum, Recénsui quecúnque fecit Amalech Israéli : quómodo réstitit ei

in via cum ascénderet de Egýpto. Nunc ígitur vade et percúte Amalech : et demolíre univérsa ejus. Non parcas ei, et non concupísces ex ipsis áliiquid : sed interfice a viro usque ad mulierem et párvulum atque lacténtem, bovem et ovem, cámelum et ásinum.

Lectio ij. (1. *Regum* xv. 4.)

Recépit itaque pópulo Saul : et recénsuit eos quasi agnos ducénta mília péditum : et decem mília virórum Juda. Cumque venísset Saul usque civitátem Amalech : teténdit insídias in torrén-te. Dixítque

Saul Cýneo, Abíte recédite : atque discédite ab Amalech : ne forte invólvam te cum eo. Tu enim fecísti misericórdiam cum ómnibus filiis Israel : cum ascénderent de Egýpto.

Lectio iij. (1. *Regum* xv. 6.)

ET recéssit Cýneus de médio Amalech. Percussítque Saul Amalech ab Eiula,¹⁰⁰ donec véniat

Sur, que est e regione Egýpti : et apprehéndit Agag regem Amalech vivum. Omne autem vulgus interfécit

in ore gládii. Et pepércit Saul et pópulus Agag, et óptimis grégibus óvium et armentórum, et véstibus et ariétibus et univérsis que pulchra

erant : nec voluérunt dispérdere ea. Quicquid vero vile fuit et repróbum¹⁰¹ : hoc demolíti sunt.

[*Lectio iiij.*]

Lectio j. Legenda 31. (1. *Regum xv. 10.*)



Actum est autem verbum Dómini ad Samuélem dicens, Pénitet me quod constitúerim Saul regem, quia dereliquit me : et verba mea ópere non implévit. Contristatúsque est Sámuel : et clamávit ad Dóminum

tota nocte. Cumque de nocte surrexisset Sámuel ut iret ad Saul mane : nunciátum est Samuéli eo quod venisset Saul in Carmélum, et erexisset sibi fórnice[m] triumphálem, et revérsus transisset, descendissétque in Gálgala.

[*Lectio v.*]

Lectio secunda. (1. *Regum xv. 13.*)

Venit ergo Sámuel ad Saule[m]. Et Saul offerébat olocáustum Dómino de inítiis predárum que attulérant ex Amálech. Et dum venisset Sámuel ad Saule[m] : dixit ei Saul, Benedíctus tu a Dómino : implévi verbum Dómini. Dixítque Sámuel, Et que est hec vox gregum

que résonat in áuribus meis, et armentórum que ego áudio ? Et ait Saul, De Amalech adduxérunt ea. Pepércit enim pópulus melióri[bu]s óvibus et arméntis ut immolárent Dómino Deo tuo : reliqua vero occídimus.

[*Lectio vij.*]

Lectio iij. (1. *Regum xv. 16.*)

Ait autem Sámuel ad Saul, Sine me : et indicábo tibi que tibi locútus sit ad me Dóminus nocte. Dixítque ei, Lóquere. Et ait Sámuel, Nonne cum párvulus esses in óculis tuis, caput in tríbubus Israel factus es ? Unxítque te Dóminus in regem super Israel : et misit te Deus in viam, et ait, Vade et intérfice peccatóres Amalech : et pugnábis contra eos

usque ad internecciónem¹⁰² eórum. Quare ergo non audísti vocem Dómini, sed versus es ad predam, et fecísti malum in conspéctu Dómini ? Et ait Saul ad Samuélem, Immo audívi vocem Dómini, et ambulávi in via per quam misit me Dóminus : et addúxi Agag regem Amalech, et Amalech interféci. Tulit autem pópulus de preda oves et boves

primitias eorum que cesa sunt : ut
immoláret Dómino Deo suo in

Gálgalis.

Lectio j. Legenda 32. 1. Regum xv. (22.)

[183r.]

[Feria.]



It Sámuel, Nunquid vult
Dóminus olocáusta et víc-
timas, et non pótius ut
obediátur voci Dómini ? Mélior est
enim obediéntia quam víctime : et
ascultáre magis quam offérre ádipem
arietum. Quóniam quasi peccátum
ariolándi est repugnáre : et quasi
scelus idolátrie nolle acquiescere. Pro

eo ergo quod abjecísti sermónem
Dómini : abjécit te Dóminus ne sis
rex. Dixítque rex Saul ad Samuélem,
Peccávi, quia prevaricátus sum
sermónem Dómini et verba tua :
timens pópulum et obédiens voci
eórum. Sed nunc porta queso pec-
cátum meum : et revértere mecum ut
adórem Dóminum.

Lectio ij. (1. Regum xv. 26.)

ET ait Sámuel ad Saul, Non
revértar tecum, quia projecísti
sermónem Dómini : et projécit te
Dóminus ne sis rex super Israel. Et
convérsus est Sámuel ut abíret. Ille
autem apprehéndit summitátem pállii
ejus : que et scissa est. Et ait ad eum
Sámuel, Scidit Dóminus regnum
Israel a te hódie : et trádidit illud

próximo tuo melióri te. Porro trium-
phátor in Israel non parcet, et peni-
túdine non flectétur. Neque enim
homo est ut agat peniténtiam. At ille
ait, Peccávi. Sed nunc honóra me
coram senióribus pópuli mei, et
coram Israel : et revértere mecum ut
adórem Dóminum Deum tuum.

Lectio iij. (1. Regum xv. 31.)

REvérsus ergo Sámuel secútus est
Saul, et adorávit Saul Dó-
minum. Dixítque Sámuel, Addúcite
ad me Agag regem Amalech. Et
oblátus est ei Agag pinguíssimus,
tremens. Et dixit Agag, Síccine
séparat amára mors ? Et ait Sámuel,
Sicut fecit absque líberis mulieres
gládius tuus : sic absque líberis erit

inter mulieres mater tua. Et in frustra
concidit eum Sámuel coram Dómino
in Gálgalis. Abiit autem Sámuel in
Ramátha : Saul vero ascéndit in
domum suam in Gábaa. Et non vidit
Sámuel ultra Saul usque ad diem
mortis sue. Verúntamen lugébat
Sámuel Saul : quóniam Dóminum
penitébat quod constituísset eum

regem super Israel.

[Feria.]

Lectio j. Legenda 33. 1. Regum xvj.

Quixitque Dóminus ad Samu-
élem, Usquequo tu luges
Saul, cum ego projécerim
eum ne regnet super Israel ? Imple
cornu tuum óleo et veni ut mittam te

ad Isay Bethleémitem. Próvidi enim
in filiis ejus michi regem. Et ait
Sámuel, Quómo do vadam ? Audiet
enim Saul : et interfíciet me.

Lectio secunda. (1. Regum xvj. 2.)

Et ait Dóminus, Vítulum de
Carménto tolles in manu tua : et
dices, Ad immolándum Dómino veni.
Et vocábis Isay ad víctimam. Et ego
osténdam tibi quid fácias : et unges
quemcúnque monstrávero tibi. Fecit
ergo Sámuel, sicut locútus est ei

Dóminus. Venítque in Béthleem : et
admiráti sunt senióres civitátis occur-
réntes ei. Dixerúntque, Pacificúsne
est ingrèssus tuus ? Et ait, Pacíficus.
Ad immolándum Dómino veni.
Sanctificámini et veníte mecum : ut
ímmelem.

Lectio iij. (1. Regum xvj. 5.)

Sanctificávit ergo Isay et filios
ejus : et vocávit eos ad sacri-
ficium. Cumque ingrèssi essent :
vidit Héliab et ait, Num coram
Dómino est christus ejus ? Et dixit
Dóminus ad Samuélem, Ne respicias

vultum ejus neque altitúdinem statúre
ejus quóniam abjéci eum : nec juxta
intúitum hóminis ego júdico. Homo
enim videt ea que patent : Dóminus
autem intuétur cor.

[Feria.]

Lectio prima. Legenda 34. (1. Regum xvj. 8.)¹⁰³

Et vocávit Isay Amínadab, et
addúxit eum coram Samuэле.
Qui dixit, Non hunc elégit
Dóminus. Addúxit autem Samma :
de quo ait, Etiam hunc non elégit
Dóminus. Addúxit itaque Isay sep-

tem filios suos coram Samuэле. Et ait
Sámuel ad Ysai, Non elégit Dóminus
ex istis. Dixítque Sámuel ad Ysai,
Nunquid jam compléti sunt filii ?
Qui respóndit, Adhuc reliquus est
párvulus : et pascit oves.

Lectio ij. (1. Regum xvj. 11.)

ET ait Sámuel ad Ysai, Mitte et adduc eum : nec enim discumbemus priúsqum ille huc véniat. Misit ergo et addúxit eum. Erat autem rufus, et pulcher aspéctu : decoráque fácie. Et ait Dóminus,

Surge et unge eum : ipse est enim. Tulit ígitur Sámuel cornu ólei : et unxit eum in médio fratrum ejus. Et diréctus est Spíritus Dómini in David : a die illa et deinceps. Surgens Sámuel : ábiit in Rámatha.

Lectio iij. (1. Regum xvj. 14.)

[183v.] **S**piritus autem Dómini recéssit a Saul : et exagitábat cum spíritus nequam a Dómino. Dixerúntque servi Saul ad eum, Ecce spíritus Dei malus exágitat te : júbeat dóminus noster, et servi tui qui coram te sunt ut querant hóminem sciéntem psállere cýthara, ut quando arripúerit te spíritus Dei malus psallat manu sua et lévius feras. Et ait Saul ad servos

suos, Providéte michi áliquem bene psalléntem : et addúcite eum ad me. Et respóndens unus de púeris : ait, Ecce vidi filium Ysai Bethleémitem sciéntem psállere, et fortíssimum robóre, et virum bellicósum, et prudentem in verbis : et virum pulchrum, et Dóminus cum eo. Tu autem.

[Dominica viij.]

Lectio prima. Legenda 35. (1. Regum xvj. 19.)

Misit ergo Saul núncios ad Isay, dicens, Mitte ad me David filium tuum qui est in páscuis. Tulit itaque Isay ásinum plenum pánibus et lagénam vini et hedum de capris unum : et misit per

manum David filii sui Sauli. Et venit David ad Saul : et stetit coram eo. At ille diléxit eum nimis : et factus est ejus ármiger. Misítque Saul ad Isay dicens, Stet David in conspéctu meo : invénit enim grátiam in óculis meis.

Lectio ij. (1. Regum xvj. 23.)

Igitur quandocúnque spíritus Dei malus arripiébat Saul : tollébat David cýtharam et percutiébat manu sua, et refocillabátur Saul et lévius habébat. Recedébat enim ab eo spíritus malus. Congregántes vero Philístei ágmina sua in prélium, con-

venérunt in Sochet Jude : et castrametáti sunt inter Sochet et Azécha in finibus Domyn. Porro Saul et filii Israel congregáti, venérunt in vallem Therebýnthi : et direxérunt áciem ad pugnándum contra Philístiim.

Lectio iij. (1. Regum xvij. 3.)

ET Philistiim stabant super montem ex parte hac, et Israel stabat super montem ex altera parte : vallisque erat inter eos. Et egressus est vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorum et palmo¹⁰⁴. Et cassis erea super caput ejus : et lorica hamata induebatur. Porro pondus

lorice ejus quinque milia siclorum eris erat : et ocreas ereas habebat in cruribus, et clipeus seureus tangebatur humeros ejus. Hastile autem haste ejus : erat quasi licitorium texentium. Ipsum autem ferrum haste ejus sexcentos siclos habebat ferri : et armiger ejus anteedebat eum.

[*Lectio iiij.*]

Lectio j. Legenda 36. (1. Regum xvij. 8.)

Trans Goliath clamabat adversus phalangas Israel : et dicebat eis, Quare venistis parati ad prelium ? Nunquid non ego sum Philisteus, et vos servi Saul ? Eligite ex vobis virum : et descendat

ad singulare certamen. Si quiverit pugnare mecum et percusserit me : erimus vobis servi. Si autem ego prevaluero et percussero eum : vos servi eritis et serviatis nobis.

[*Lectio v.*]

Lectio ij. (1. Regum xvij. 10.)

Et aiabat Philisteus, Ego exprobravi agminibus Israelis hodie. Date michi virum : et ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul et omnes viri Israelite sermones Philistei hujuscemodi : stupabant et metuabant nimis. David autem erat filius viri Effraei, de quo supradictum est : de Bethleem Juda cui nomen

erat Isay, qui habebat octo filios. Et erat vir in diebus Saul : senex et grandevus inter viros. Abierunt autem tres filii ejus majores post Saul in prelium. Et nomina trium filiorum ejus qui perrexerunt ad bellum : Helyab primogenitus, et secundus Aminadab, et tertius Samma. David autem erat minimus.

[*Lectio vij.*]

Lectio tertius. (1. Regum xvij. 14.)

Tribus ergo majoribus secutus Saulem abiit David et reversus

est a Saul : ut pasceret gregem patris sui in Bethleem. Procedebat vero

Philisteus mane et vespere : et stans improperabat filii Israel quadraginta diebus. Dixit autem Isay ad David filium suum, Accipe fratribus tuis ephi polenta,¹⁰⁵ et decem panes istos, et curre in castra ad fratres tuos : et decem formellas casei has deferes ad

tribunum. Et fratres tuos visitabis si recte agant : et cum quibus ordinati sunt disce. Saul autem et omnes illi filii Israel in valle Therebinti pugnabant adversus Philistiim. Tu autem.

[Feria.]

Lectio prima. Legenda 37. (1. Regum xvij. 20.)



Urréxit itaque mane David, et commendavit gregem custodi : et onustus abiit sicut precéperat ei Isay. Et venit in [184r.] Mágala : et ad exercitum qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. Diréxerat enim áciem

Israel : sed et Philistiim ex adverso fuerant preparati. Derelinquens ergo David vasa que attulerat sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis : et interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos.

Lectio ij. (1. Regum xvij. 23.)

Unque adhuc loqueretur eis : Apparuit vir ille spurius ascendens Goliath nomine Philisteus de Geth, ex castris Philistinorum. Et loquente eo hec eadem verba : audivit David. Omnes autem Israelites cum vidissent virum fugerunt a facie ejus : timentes eum valde. Et dixit unus-

quispiam de Israel, Num vidistis virum hunc qui ascendit ? Ad exprobrandum enim Israel ascendit. Virum ergo qui percusserit eum ditabit rex divitiis magnis, et filiam suam dabit ei : et domum patris ejus faciet absque tributo in Israel.

Lectio iij. (1. Regum xvij. 26.)

Et ait David ad viros qui secum stabant dicens, Quid dabitur viro qui percusserit Philisteum hunc et tulerit opprobrium de Israel ? Quia est enim hic Philisteus incircuncisus qui exprobravit áciem Dei viventis ? Referébat autem pópulus eundem

sermónem dicens : hec dabuntur viro qui percusserit eum. Quod cum audisset Hélyab frater ejus major : loquente eo cum aliis, iratus est contra David et ait, Quare venisti, et quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto ? Ego novi superbiam

tuam et nequítiam cordis tui : quia ut vidéres prélium descendísti. Tu

autem.

[Feria.]

Lectio j. Legenda 38. (Regum xvij. 29.)



T dixit David, Quid feci ? Nunquid non verbum est ? Et declinávit páululum ab eo ad álium : dixítque eúndem sermónem. Et respóndit ei pópulus verbum : sicut et prius. Audíta sunt

autem verba que locútus est David : et annunciáta in conspéctu Saul. Ad quem cum fuísset addúctus : locútus est ei, Non concídat cor cuiúsquam in eo. Ego servus tuus vadam : et pugnábo advérsus Philísteam.

Lectio secunda. (i. Regum xvij. 33.)

ET ait Saul ad David, Non vales resístere Philísteo isti, nec pugnáre advérsus eum : quia puer es. Hic autem vir bellátor est ab adolescéntia sua. Dixítque David ad Saul, Pascébat servus tuus Patris sui gregem, et veniébat leo vel ursus,

tollebátque arietem de médio gregis : et persecuébar eos et percutiébam eruebámque de ore eórum. Et illi consurgébant advérsum me, et apprehendébam mentum eórum et suffocábam interficiebámque eos. Tu autem.

Lectio tertia. (i. Regum xvij. 36.)

AM et leónem et ursum interféci ego servus tuus. Erit ígitur et Philísteus hic incircuncísus : quasi unus ex eis. Nunc vadam et áuferam oppróbrium pópuli. Quóniam quis est Philísteus hic incircuncísus, qui ausus est maledícere exercítui Dei vivéntis ? Et ait David,

Dóminus qui erípuit me de manu leónis et de manu ursi : ipse liberábit me de manu Philístei hujus. Dixit autem Saul ad David, Vade, et Dóminus tecum sit. Et índuit Saul David vestiméntis suis, et impósuit gáleam éream super caput ejus : et vestívit eum lórica.

[Dominica
ix.]

Lectio j. Legenda 39. (i. Regum xvij. 39.)



Ccínctus ergo David gládio ejus super vestem suam : cepit tentáre si armátus posset incédere. Non enim habébat

consuetúdinem. Dixítque David ad Saul, Non possum sic incédere : quia nec usum hábeo. Et depósuit ea, et tulit báculum suum quem semper

habébat in mánibus : et elégit sibi quinque limpidísimos lápides de torrén-te, et misit eos in peram

pastorálem quam habébat secum, et fundam in manu tulit, et procéssit advérsus Philísteu-m. Tu autem.

Lectio secunda. (1. *Regum xvij. 41.*)

IBat autem Philísteu-s incédens : et appropín-quans advérsus David : et ármiger ejus ante eum. Cunque inspexísset¹⁰⁶ Philísteu-s, et vidísset David : despéxit eum. Erat enim adolés-cens rufus : et pulcher aspéctu.

Et dixit Philísteu-s ad David, Nunquid ego canis sum, quia tu venis ad me cum báculo ? Et maledíxit Philísteu-s David in diis suis. Dixítque ad David, Veni ad me : et dabo carnes tuas volatílibus celi, et béstiis terre.


Lectio tertia. (1. *Regum xvij. 45.*)

[184v.] **D**ixit autem David ad Philísteu-m, Tu venis ad me cum gládio et hasta et clípeo, ego autem vénio ad te in nómine Dómini exercítuum Dei ágminum Israel, quibus exprobrásti hódie : et dabit te Dóminus hódie in manu mea, et percútiam te, et áuferam caput tuum a te, et dabo

cadáverá castrórum Philístiim hódie volatílibus celi et béstiis terre, ut sciat onmis terra quia est Dóminus Deus in Israel : et nóverit univérsa ecclésia hec, quia non in gládio nec in hasta salvat Dóminus. Ipsíus enim est bellum : et tradet vos in manus nostras. Tu autem.

[*Lectio iiij.*]

Lectio j. Legenda 40. (1. *Regum xvij. 48.*)

 Um ergo surrexísset Philísteu-s et veníret et appropín-quáret contra David : festinávit David et occúrrit ad pugnam ex advérso Philístei. Et misit manum suam in peram : tulítque unum lápide-m et funda jecit. Et circun-

dúcens percússit Philísteu-m in fronte, et infixus est lapis in fronte ejus : et cécidit in fáciem suam super terram. Prevalúitque David advérsus Philísteu-m in funda et lápide : percúsúmque Philísteu-m interfécit.

[*Lectio v.*]

Lectio secunda. (1. *Regum xvij. 50.*)

Cumque gládium non habéret in manu David : cucúrrit et stetit super Philísteu-m, et tulit gládium

ejus : et edúxit de vagína sua, et interfécit eum precidítque caput ejus. Vidéntes autem Philístiim quod

mórtuus esset fortíssimus eórum :
fugérunt. Et consurgéntes viri Israel
et Juda vociferáti sunt : et persecúti
sunt Philísteos usque dum venírent in

vallem, et usque ad portas Accharon.
Ceciderúntque vulneráti de Philísteis
in via Sarim : et usque ad Geth, et
usque ad Accharon. Tu.

[*Lectio vj.*]

Lectio iij. (1. Regum xvij. 53.)

ET reverténtes filii Israel post-
quam persecúti fúerant Philís-
teos : invasérunt castra eórum.
Assúmens autem David caput
Philístei áttulit illud in Hierúsalem :
arma vero ejus pósuit in tabernáculo
suo. Eo autem témpore quo víderat
Saul David egrediéntem contra

Philísteum : ait ad Abner príncipem
militie, De qua stirpe descéndit hic
adoléscens Abner ? Dixit Abner,
Vivit ánima tua, rex, si novi. Et ait
rex, Intérroga tu : cujus filius sit iste
puer. Tu autem Dómine miserére
nostri.

Notes, pages 1751-1800.

- ¹ 1520:23r.
- ² The following memories do not appear at this location in 1531. They appear here in 1520:23r-23v.
- ³ 'quésumus' does not appear in 1531:18r.
- ⁴ The following memorials do not appear at this location in 1531. They appear here in 1520:23v-24v.
- ⁵ In ST:vi. 'Per' is set DDc. In AS:204. the psalm-tone appears as I.i.
- ⁶ The proper versicle paired with the above antiphon is 'Sancta Dei génitrix'. See Psalter: [198].
- ⁷ In AS:305. 'letáre' is set F.G.E.
- ⁸ 1531-P:18v. has 'intercéde'. In 1520-S:117v. 'cívium' is set A.G.GAG.
- ⁹ 1520-S:148r. has none of the accidentals which are clearly marked in AS:570.
- ¹⁰ 1531-P:18v. has 'ac' rather than 'et'.
- ¹¹ No flat appears in 1520-S:38r. or in 147v.
- ¹² 1520:24v.
- ¹³ 1520:24v.
- ¹⁴ 1520:24v.
- ¹⁵ 'sanctis', 1520:24v.
- ¹⁶ '*Et si alioquin per hoc idem tempus*', 1520:24v.
- ¹⁷ 'ipsius', 1520:24v.
- ¹⁸ 1520:24v.
- ¹⁹ 1520:24v.
- ²⁰ '*vvrandragesillo*' Chevallon. '*Wandregisillo*' Portif. 1519. [SB:mclxxxvi.]
- ²¹ '*Christofero*', 1520:24v.
- ²² '*nativitate*', 1520:24v.
- ²³ '*privatim*', 1520:24v.
- ²⁴ 1520:24v.
- ²⁵ '*sive non nequaquam fiat ad vespas*'. 1520:24v.
- ²⁶ '*continge*' Chevallon. [SB:mclxxxvi.]
- ²⁷ 1520:24v.
- ²⁸ 1520:25r.
- ²⁹ 1520:25r.
- ³⁰ 1520:25r.
- ³¹ 1520:25r.
- ³² 1520:25r.
- ³³ 1520:25r.
- ³⁴ 1520:25r.
- ³⁵ 'ne' Chevallon. [SB:mclxxxvii.]
- ³⁶ 1520:25r.

- ³⁷ *'Si vero hoc festum sancti Augustini doctoris in dominica contigerit fiat memoria de sancti ut supra dictum est et de dominica sub silentio ut predictum est.'* 1520:25r.
- ³⁸ 1520:25r.
- ³⁹ 1520:25r.
- ⁴⁰ *'privatim'*, 1520:25r.
- ⁴¹ 1520:25r.
- ⁴² 1520:25r.
- ⁴³ 1520:25r.
- ⁴⁴ *'pro quibus solebant in choro Sarum differre hystoria incipiendam si in festis eorum inchoari contigerit aut aliquod tale festum ix. lectionum quod est crastinam sequatur aliud festum ix. lectionum et ubi sunt octave cum regimine chori que solent in dominica infra octavas plenarie suum habere servitium.'* 1520:25r.
- ⁴⁵ 1520:25r.
- ⁴⁶ *'concurrat'* Chevallon. [SB:mclxxxix.]
- ⁴⁷ *'Dominica'* Chevallon. [SB:mclxxxix.]
- ⁴⁸ 1520:25r.
- ⁴⁹ Legendum videtur *idem*. [SB:mclxv.]
- ⁵⁰ 1520:25v.
- ⁵¹ 1520:25v.
- ⁵² *'in ij. feria'*, 1520:25v.
- ⁵³ *'in illa ebdomada'*, 1520:25v.
- ⁵⁴ 1520:25v.
- ⁵⁵ 1520:25v.
- ⁵⁶ *'festa'*, 1531:157r.
- ⁵⁷ *'omnino pretermittantur'*. 1520:25v.
- ⁵⁸ *'sine'*, 1520:25v.
- ⁵⁹ *'in crastinum'*, 1520:25v.
- ⁶⁰ *'propter proprietatem festorum iij. lectionis in dominicis contigerunt'*, 1520:25v.
- ⁶¹ 1520:26r.
- ⁶² 1520:26r.
- ⁶³ 1520:26r.
- ⁶⁴ 1520:26r.
- ⁶⁵ *'debeatur'*, 1520:26r.
- ⁶⁶ 1520:26r. omits *'vel sancte Katharine.'*
- ⁶⁷ 1520:26v.
- ⁶⁸ 1520:26v.
- ⁶⁹ *'alias'*, 1520:26v.
- ⁷⁰ *'dicenda'* Chevallon. [SB:mcxcvii.]
- ⁷¹ *vel non habet* Chevallon. [SB:mcxcviii.]
- ⁷² *'oporteat'* Chevallon. [SB:mcxcviii.]

- ⁷³ 'dominica' Chevallon. [SB:mcxcviii.]
⁷⁴ 'expositio. evange.' Chevallon. 'ant. de evan. super Benedictus ad Matu. et super Magnificat ad ii. Vesp.' Portiforia. [SB:mcxcviii.]
⁷⁵ 1520:26v.
⁷⁶ 1520:26v.
⁷⁷ 'quando', 1520:27r.
⁷⁸ 1520:27r.
⁷⁹ Legendum forsán cum Portif. A.D. 1557 'sine.' [SB:mcc.]
⁸⁰ 'prima', 1520:27r.
⁸¹ 'xii.' Chevallon. [SB:mcc.] 'xij.', 1520:27r.
⁸² 'prima' Chevallon. [SB:mcc.]
⁸³ 'sexto' Chevallon. [SB:mcc.] 'vj.', 1520:27r.
⁸⁴ This Legend is omitted in Brev-1516. The marginal notes regarding ferias and Sundays are found in Brev-1516. and/or Legend-1518.
⁸⁵ Notam interrogativam hic ponit Chevallon. [SB:mcci.]
⁸⁶ In Brev.-1516. the lessons are assigned to Sundays and ferias as indicated in the margin.
⁸⁷ 'ebuliérunt' Chevallon. [SB:mccvii.]
⁸⁸ 'auserúntque', 1531:178v.
⁸⁹ 'Congregáti ergo', *Vulgate*.
⁹⁰ Brev.-1516. omits this Legend. Presumably the omissions are made in order to ensure that the story of David and Goliath is reached within this History.
⁹¹ 'saliéntes magnas fóveas' *non habet Vulgata Editio. Sed LXX. ἀλλομένους μεγάλα.* [SB:mccxv.]
⁹² Brev.-1516. omits this Legend.
⁹³ 'ierobóal' Chevallon. [SB:mccxxx]
⁹⁴ 'factus' Chevallon. [SB:mccxxi.] 'factúrus', Legend:160v.
⁹⁵ 'in terra Sábaa' does not appear in the *Vulgate*.
⁹⁶ 'vallis' Chevallon. [SB:mccxxiv.]
⁹⁷ At this point Legend-1518:161v.-162r. includes the following lessons, inexplicably omitted from 1531 and from 1516. (These lessons appear in BN-17294:310r):

Feria ij. Lectio j. I. Regum xiiij. (2-7.)

Porro Saul morabátur in extrémá parte Gábaa sub malogranáto que erat in agro Gábaa ['in Magron', *Vulgate*.] : et erat pópulus cum eo quasi sexcentórum virórum. Et Achias filius Achitob fratris Icháboth filii Phínees : qui ortus fúerat ex Heli sacerdóte Dómini in Sylo : portábat ephot. Sed et pópulus ignorábat quo isset Jónathas. Tu autem.

Lectio ij.

Erant autem inter ascénsus per quos nitebátur Jónathas transíre ad statiónem Philistinórum, eminéntes petre ex utrúque parte : et quasi in modum déntium scópuli hincínde prerúpti. Nomen uni Boses : et nomen álteri Sene. Unus scópulus próminens ad aquilónem ex advérso Magmas : et alter ad meridiem contra Gábaa.

Lectio iij.

Dixit autem Jónathas ad adolescentem armígerum suum, Veni et transeámus ad statiónem incircuncisórum horum : si forte fáciat Dóminus pro nobis : quia non est Dómino difficile salváre vel in multítudine['multis', *Vulgate.*] vel in paucis. Dixi Jónathe ['Dixítque ei', *Vulgate.*] ármiger suos, Fac ómnia que placent ánimo tuo. Perge quo cupis : ero['et ero', *Vulgate.*] tecum ubicúmque volúeris. Tu autem Dómine.

⁹⁸ 'áchimam' *Chevallon.* [SB:mccxxvi.]

⁹⁹ 'fuit' *Ed. Vulg.* [SB:mccxxix.]

¹⁰⁰ 'Hévila' *Ed. Vulg.* [SB:mccxxx.]

¹⁰¹ 'repróbrum' *Chevallon.* [SB:mccxxx.]

¹⁰² 'internitiónem' *Chevallon.* [SB:mccxxxi.]

¹⁰³ Brev.-1516. omits Legend 34.

¹⁰⁴ SB:mccxxv. has 'palmi' with the note: 'palmo' *Chevallon.*

¹⁰⁵ SB:mccxxxvii. has 'polente' with the note: 'polénta' *Chevallon.*

¹⁰⁶ 'impexisset' *Chevallon.* [SB:mccxxxix.]